


L A

FRANCISCI  
STORELLA ALEXANENSIS SA  
LENTINI ART. DOCT: LIBELLVS

De definitione Logices, quo Logicam propriè  
scientiam esse, aduersus Hieronymum  
Balduinum, eiusq; sequaces  
defenditur:

Addita etiã est in calce eiusdem auctoris  
Epistola, qua nugã, in suam exposi  
tionẽ undecimũ commentũ cons  
scriptã delentur.



NEAPOLI  
Excudebat Matthias Cancer  
M. D. LIII.



*Præterea hoc volumine continentur  
Tractatus de contradictionum in granificis auctoribus animaduersiones  
libellus de utilitate logica  
libellus singulari de usu uerũ silogismum  
De Innouatore logica libellus  
Declaratio de definitione Auer. cum n. p. l. l. l. l.  
Logice huiusmodi Capitulum hanc prima  
omnia auctore eodem Storella*

## FRANCISCVS STORELLA

Domino Philippo Ingarfia Siculo  
Alteri Galeno, feliciter.



Non multi sunt dies medicorum facile princeps, quod logices definitionem explicando, eò deueni, ut logicam scientiam, & propriè quidem esse defendere, ac rationes, quas in oppositum Hieronymus Balduinus conscripserat dissoluerè, quod cù aliquibus placuisse animaduertèri (libellus enim à nò paucis efflagitabatur) eum in lucem emittere decreui, tum ut quibus placuisse cognoueram, satisfacere, tum ut si qui sunt ex sequacibus eius qui eum defendere uolunt, ad scribendum irritarentur, Cùq; neminem in uenerim, sub cuius clipeo tutior in lucem prodire posset, quàm sub nomine Philippi (Es enim, ut omnibus luce clarius est notum, utriusq; linguæ peritissimus, Logicus ac disputator acerrimus, philosophus summus, Medicus uerò & Theoricus, & Practicus inimico etiam teste supremus) eum tuo sacratissimo nomini consacrare decreui, ac decretum iam executioni mando, nam cù tuæ humanitatis iam diu conscius sim, illum (& si exiguum sit minus) te hilari fronte suscepturum certò scio Vale.

Intentio, causa, inuocatio, modusq; procedendi.



Minem qui aliquid agreditur, ex eius de finitione incipere oportere, & Ammonius in principio. in prædicabilium proæmio, & eloquentiæ parens officiorum primo, scriptum reliquerunt: quibus Diuinus ille Plato in eo Dialogo qui Phædrus inscribitur, illud

idem asseuerans astipulatur. Horum nos sententiam sequentes (cum hoc anno si Deo studiorum præfidi placuerit, logicum negotium professuri simus) non immeritò primò quidnam Logica sit inquiremus: Sed cum teste Auerroë atquè Themistio, definitio duplex sit, altera quid nominis, altera uerò quid esse rei explicans, quid nominis definitionem Themist. 2. poster. appellat, uerbi explanationem, quæ Etymologiam dicunt: Quid rei uerò ab Aristot. 1.º. topic. nuncupatur ratio indicans quid non omne, sed illud quod erat id est, est, ut Alexand. exponit esse: Logices definitionem inquirentes, utranq; explicaturi sumus. At cum nominis explicatio tantæ sit necessitas, quòd caput & origo omnis agnitionis à Themistio uocatur, ob hoc ex huius declaratione exordientium esse iudicauit.

Primo poster 2.

Cap. 9.

Cap. 4.

2.º. post. 9.

A qua greca dictione, Logica, nomen deducatur, quidq; apud Græcos λογος significet.

**N**omen Logica ex greca dictione deductum esse ambigit Iauellus in 1.º. nemo. Quidam enim asserunt compositum nomē esse, Logica, q; gicanq; dici à nomine λογος, quod sermonem, uel rationem significat, & icos, uel ichos, siue ut alij ycos, uel icha, quod scientiā præfati. trat. de denotat: At irridetur hi à grecarum litterarū perinssimis, quippe sensu composito

A ü



facile  
tionem  
im sciē  
de fens  
positū  
scripse  
us plac  
batur)  
gnoues  
ui eum  
nem in  
uā sub  
m, utri  
s, phis  
ticus io  
i cona  
ū tuē  
it mus

& diu. Vide cum secundum huius scilicet compositionis nomen scientiam significari  
 Aegilium in care sit inaudibilem Ideo tutius cum alijs dicimus, nomen Logica  
 praefatione praesolum a dictione λόγος deductum, ut itaq; sciimus, quid nomen  
 dicatur, Petrum Logica significet, dictionis λόγος significationem inquiramus.  
 Feltrum in pris Apud Grecos nomen hoc aequiuocum est, quandoq; enim ( ut sit  
 ma lectione mes gnificationes ad rem non attingentes omittantur) orationem seu ser  
 toph. & Nicol. monem, nonnunquam uero interiorementis rationem significat,  
 Bonetum in prin cuius rei Severinus Botus in categorijs nobis fidem praestat  
 cipio memph. amplissimam: quod si non Romanum sed Graecum, quis in graeci uocabuli  
 Cap. de quantitate. explanatioe quaerit autorem, adeat summum philosophum Dauidem,  
 In principio. inuenietq; illum in totius philosophiae praefatione, hoc expresse co  
 In principio: fitentem, Medicorum etiam princeps Galenus, in oratione sua foris  
 ad artes, & scientias, idem testatur, dum ait) Dubium sane esse  
 an animantium generi, quod irrationale appellatur, nullus omnino  
 datus sit λόγος, nam & si careat eo qui in uoce uersatur, qui tamen  
 animo concipitur, eius forsasse particeps omne genus anima  
 lium est: Eiusdem etiam sententiae Tyrius est Porphirius, qui in  
 Paulo post prin tertio de abstinentia ab usu animalium, uolens probare quod ani  
 cipiu. malia perfecto sensu praedita, quae a nobis irrationalia uocantur,  
 rationalia sint, inde argumetur, quia utrunq; habent λόγος &  
 In cap. de quanti Exteriorem. i. sermonem, & interiorementis rationem: Sed  
 tate. quid multis moror, non ne Aristot. in praedicationibus illud idem  
 inuere uidetur? dum inquit τὸν λόγος esse quantitatem, non tamen  
 omnem, sed solum illum qui fit per uocem, cuius dicitur Ammo  
 nius & Porphirius rationem explicantes inquirunt, nam ille  
 λόγος qui in ratione consistit, quiq; mentis operatio uel affectio  
 est, quantitas minimè dicitur: fit itaq; indubitatum, λόγος & sermo

tionem, & mentis rationem significare.

Quadruplex Logices ethimon explicatur.

Utrum λόγος (ut uisum) modò sermonem, modò mentis rationem significet, hinc factum est, ut nomen logica, quidam primo, quidam a 2. eius significato deducum arbitrentur. Qui tamen illi in p<sup>o</sup> inquit à primo deduci autumant, inquit, nomé, Logica nihil aliud trat. log. cap. 2. significare quàm sermocinalem facultatem, deducunt enim à Divisione λόγος ut sermonem significat. Sed suspecta primo aspectu uidetur istec denominatio, nam si sermo & quæcūque uox non per se à logico consideratur, ut rectè Auicenna in sua Logica Cap. 3. declarat, denominatio hæc ab eo sumpta erit, quod non per se, sed per accidens consideratur, quod contra peripateticum dogma se uidetur, Simplicius enim in p<sup>o</sup>. libro de Cælo, nomen à nobilitate in arte considerato sumendū arbitratur; quod etiam Aristoteles metaph. innuere uidetur, dū eam diuinā dici asserit, eoquod per actat de rebus diuinis. An non semper nomen à nobiliori sumendum est, sed quandoque à notiori, quod rem per se consideratam manifestat: quod si uerum est, nulli dubium, logicam sermocinalem quoquomodo posse nuncupari, esto enim quòd sermocinalis ut ab uicōto dici nequeat, à sermone tamen dici ut à notiori nihil prohibebit, entia enim rationis quæ per se à Logico considerantur, nulli instrumento magis clarescere possunt, quàm per sermonem, tū uia primo à uocibus significantur, tū etiam quia in eis suis ut in igno, ut per belle subtilis Doctor in ante prædicamentis declarat. Quæst. p<sup>o</sup>. dignum euentissimum, quòd in eorum definitionibus uocem ab Aristotele positam in libro periber. per sepe uidemus: quòd si hæc notioritatis ratio tanti pōderis est, quòd huius grana, ab his quæ

non per se considerantur definitionem sumi permittitur, quando magis nomen ab eisdem accipi ferendum erit.

Qui autem (& rectius ut mihi uidetur) à 2.º significato deducit, Logicam iddem esse dicunt, ac rationalem facultatem, sed cum uox hæc rationalis ualde æqui uoca sit, Aristoteleam regulam p.º de Cælo assignatam obseruantes, quo in significato logica rationalis dicatur declaremus: Rationale quandoq; pro diuisiua animalis differentia usurpatur, quod apud Porphyrium in prædicabilibus per sepe reperies, hoc in sensu logica rationalis dici nequit, cum enim qualitas sit, rationale animale esse non potest, Aliàs uero rationalis dicitur disciplina omnis quæ per rationem est assignata,

p.º

(Disciplinæ siquidè duplices sunt, ut p.º. poster. inquit Auerois: quædam quæ solo experimento adiscuntur, quædam uero per orationem, quæ rationales nuncupantur) hoc quidem in significato Logica cum, ratione & non experimento adiscatur, rationalis dici poterit: Sed istud epithetum non soli competet Logicæ (quod iam inquiritur) sed cuiilibet facultati, per rationem acquisitæ, quod Diuus Thomas in præfatione posteriorum, & subtilis doctor in ante prædicamentis declarauere. Cum itaq; hæc significata ad propositum minimè spectent, Dico, nonnullos uoluisse Logicam rationalem dici, à ratione, non tamen omni, sed ab ea quæ ratiocinatio nuncupatur, dicitur enim Logica rationalis ab ea ratione quæ ratiocinatio est, quia nos ratiocinari docet, cuius forsantententiæ Aprobrosensis Alexander p.º. priorum esse uidetur, dum Logicam ratiocinaticem facultatem appellat, Sed nomenclatura hæc obiectio nem pati uidetur, sententiæ enim est Auerois in præfatione primi, & principio 2.º posteriorum, quod in 2.º definitio ut instrumentum

Quest. p.º

In præmio.

à demonstratione distinctū consideratur, quod si uerum est,  
indus ille liber logicus non erit, cum nec ratiocinari in eo do-  
mur, nec quæ ibi considerantur ad ratiocinationem tendant,  
potius sit oppositum, causarum enim .i. demonstrationum per  
sām cognitio ob definitionum cognitionē appetitur, ut primo  
: Auerr. scriptum reliquit. Huic occurramus dicentes deno-  
mationem non semper à nobiliori sumi, non semper à subiecto-  
li, sed quandoq; ab eo quod in maiori parte facultatis conside-  
ratur, ut primo de Cælo clare testatur Auerr. cum itaq; tota ferè  
ca, uel quæ ad ratiocinationem spectant, uel ratiocinationem  
in speculetur (ut liquet) paucula aut pars eius circa definitio-  
nem seruetur, dicemus, logicā ratiocinatricē dici, eo quod nos ratio-  
nari doceat in maiori, & si non in omnibus partibus eius. Con-  
sideret autem obiectio, si talis denominatio à ratiocinatione fiet  
ut à totali subiecto.

tamen non obstantibus melius dici possset, Logicam rationis  
dici, ab obiecto, obiectum enim circa quod ipsa uersatur sunt  
as rationis, siue à ratione dependentes, qui & si formaliter  
ente rationis distinguantur, (formaliter enim, actus rationis id  
est ac intellectus operatio) obiectiue tamen, id est pro eo quod  
tali actu rationis resultat idem erunt. Ex quo unum obiter ad-  
dare lubet, quod est, Angelicum Doctorem immerito à Hieros-  
olimo Balduino in contradictionem duci, eo quod in logicis libris  
subiectū dixerit actus rationis: 4. uerò metaphi. 5. idem, en-  
tationis esse declarauerit, cū utrobique (sub alijs tñ uerbis) assera-  
t idem Nec obstrepat quis quod cum logicā qualitas sit, &  
consequens ens reale, rationalis scientia ab ente rationis dici

11

38.

D. Tho. in præ-  
fac. Periher. et  
post. Scotus i p<sup>o</sup>  
ante prædica. et  
A Egid. in præ-  
fac. Elen.

Inquæ sito de su-  
biecto logicæ.

nequeat. Nam & si intrinsicè ens reale sit, nihil tamen prohibet,  
quod hoc ens reale, quod logica nuncupatur, scientia ratio  
nalis dici possit, non quia formaliter sit ens rationis ( hoc enim  
foret absurdum ) sed obiectuè, quatenus scilicet pertractat  
de ente rationis. Illud etiam nollem ut aliquem conturbet, Quòd  
si logica dicitur rationalis ab ente rationis quod perscrutatur, cù  
subiectum ( ad minus secundum causalitatem ) prius sit q̄ cognitio  
quæ ex illo resultat, ens rationis subiectum in logica, prius erit,  
quam ipsa logicalis cognitio, quæ cum ens reale sit, prius esse uis  
detur. Quod enim uidetur, non est absurdum aliquo pacto: ut autè  
hoc iuniores intelligant, Dico quòd dubitant nonnulli: quomò Aris  
4.  
tot. 7. memphi. inquit, substantiam accidente esse priorem, cum  
accidentia Sophronisci fuerint prius quàm substantia Socratis? Re  
soluta est responsio, regulam hoc modo esse intelligendam, subs  
stantia prior est accidente sibi in hærente, prius enim fuit substan  
tia Sophronisci, quàm accidentia Sophronisco in hærentia, nò autè  
intelligi debet absolute, quamlibet substantiam quolibet accide  
nte esse priorem, sic ad propositum cum dicitur ens reale prius es  
se, quàm ens rationis, Dico quòd sic est intelligendum, ens reale  
prius est quàm ens rationis, quod ex illo ente reali resultat, prius  
enim erit homo & animal, quàm intentio genus ex illis resultans,  
non autem intelligitur, quòd quodlibet ens reale, quouis ente  
rationis prius esse debet, cù itaq; ex cognitione logicali ens ratio  
nis non per se resultet, sed potius sit oppositum, nullum erit ab  
surdum, si ens rationis, hoc ente reali quòd logica dicitur, prius  
esse cōcedemus. Nec enam quorundam cauillatio est formidanda,  
obicientium, si nomenclatura hæc esset uera, causa imperfectior  
& ignobilior



Et ignobilior esset suo causato, quod Auerroi 2<sup>o</sup> phisi. contradi-  
 cit; consequentia deducitur, subiectum est causa scientiæ, sed  
 ens rationis est subiectum in logica per te, igitur ens rationis  
 causa erit logices, Et sic ens rationis imperfectius ente  
 reali, causabit illud, quod uero subiectum scientiæ causa sit,  
 clarè confitentur Auer. 12. Meta. asserens, in hoc scientiam Dei  
 differre à scientia nostra, q̄ illa est causa rerum, nostra uero  
 causatur à rebus. Nō. n. ea propositio i qua fundatur obiectio,  
 in causis non principalibus ueritatem habet, uelut est subiectū et  
 instrūm respectu cognitionis. Arist. nēpe p<sup>o</sup> post. demonstrationē  
 scientiam parere confessus est, Et tamen demonstrationem scien-  
 tia nobiliorem dicet nemo, non enim principalis causa est demos-  
 stratio, uel subiectum scientiæ, sed ipse intellectus.

Prædictis quartam etiam nominis rationem adiungere possuz In prædicamen-  
 tus, cum enim λόγος Ammonio teste, in sua significatione de  
 finitionem includat, quam totius logici negocij finem, & prin-  
 cipalissimum consideratum esse, ex Auerrois sententia s<sup>a</sup> de p<sup>o</sup>. post. 11.

monstrauimus, Ex sine aut, re; nobiliori considerata denomina-  
 tionem quandoq; sumi & Auerrois & Simplicij testetur, pos-  
 semus profecto absq; aliqua formidine dicere, nomen logica  
 deduci à dictione λόγος ut definitionē significat, & sic idem  
 erit logica, ac scientia de definitione. Receptui itaq; canentes di-  
 cimus, patere logicam dici sermocinalem, à sermone, ut à clario  
 ri, rationalem à ratiocinatione, ut à superabundanti, rationalem  
 ab ente rationis uelut à subiecto totali. Et demum rationalem, ab  
 ea ratione quæ definitio est, ut à subiecto principali, Hæc aut quò  
 ad definitionem quid nominis dicta sint, id uero quid rei pers-  
 crutemur.

Primo de celo  
 38. in proæ.

Epilogus:

+

Logica definitio à subiecto, à fine, & ab utroq; explicatur, quomodoq; & definitionem & demonstrationem in eadē finē esse, sustineri possit ostenditur.

112

**D**efinitio quid esse rei explicans, si Ammonio in prædicabiliū proæmis fides est adhibenda, duplex est, altera quæ à subiecto, altera uerò quæ ex fine resultat, si primam inquires, dicam profecto, quòd logica est sciētia quæ uersatur circa entia rationis ut sunt instrā notificandi, sciētia genus erit, cætera uerò particulae differentiæ locū explebunt, quam forsenn inuit Auer. in principio prædicabiliū dū ait, q̄ logica dicitur sciētia rationalis. i. quæ uersatur circa entia rationis. Quòd si à fine definitionem cupis, quā ex Auerroce collegimus in medium proferemus, inquit enim ipse, quòd de finitio logica finis est, nō absolute, sed ut perfectam parit conceptionem, ut ipsemet in prologo primi post. declarauit: tūc itaq; dicemus, q̄ logica ē facultas cuius finis est de finitio, ut per se hāc cōceptionem parit, Vnde ut completam logices definitionem habeamus, utraq; simul colligentes dicimus, quòd logica est sciētia quæ uersatur circa entia rationis, cuius finis est de finitio, ut perfectam conceptionem parit. Sed garrigent quidam asserentes logices finem, nō de finitionē ēē, sed demonstrationem, quòd uerū esse Ammonij auctoritate probari pōt, in quæ sito nēpe quo querit à logica sit organū, uel pars philosophiæ, ac in prædicamentis, et L. peri. deōstrationē logici ne gocij finē cōstituit, idē ēt Auer. p. phisicorū innure uidetur dū inqt, propriū usum logices esse, dū utimur ea ut est instrumentū discernēs uerū à falso, usus autē logices finis est (ut infra declarabitur, ergo proprius finis erit discernere uerū à falso, quòd ipsa de finitio facere nequit, ut p. perihet: & p. post. declaratur

p. post. 11.

utrobq; in proæ.

35.

In ratioe p.

Cap. 4.

14. 72.

Adde q̄ in prologo posteriorum, reliquas logica partes L<sup>o</sup>. de  
 demonstratiōe uelut serui domino subiectas esse cōfiteatur. Quin  
 immo, demonstratiōis scientiam hominis perfectiōem esse, si de  
 ea homini aduenit, quātum sua natura patitur, expresse confes-  
 sus est, in eo quæsito quod de conditionibus requisitis ad necessi-  
 tatem præmissarū demonstrationum inscribitur, clarius iddem ins-  
 ferius confirmare uideatur dum subdit, quare oportet quod finis  
 artis logicæ sit perscrutatio proprietatum præmissarū quæ sunt  
 hmoi, & suarum conditionum notificantium ipsas. quid claris-  
 us? demonstratio itaq; & non definitio logicæ finis constituetur?  
 Cum locus hic nō sit proprius ad hoc perscrutandum. Auer. dicta  
 iam minimè dissoluere curabo satis arbitrās esse, si modum quo  
 Ammonius defendi potest declarauero. Τοῦ λόγου argumen-  
 tationem quādoq; apud grecos significare nemo uertit in dubiū,  
 quod ex Aristophanis Nebulis cuius clarescere potest, hinc λο-  
 γικὴ apud nos uerò logica, argumentatiua facultas appellari so-  
 let, ea nempe rationalis scientiæ pars, quæ de argumētatione, uel  
 quæ ad argumētationē conducūt, pertrahat, inquit itaq; Ammo-  
 nius totius logices. i. argumentatiuæ facultatis demonstratiōem  
 finem esse, quod nemo inficias ibit. cū hoc tñ stat, in tota logica  
 nō demonstratiōe, sed definitiōe principalius itēdi, si logicā ac-  
 cipiamus eomodo quo deauctur a dictione λόγος pro ut ratio-  
 nē quālibet significat, et nō solā argumētationē, nā et si à logica. i.  
 argumētatiua facultate explodatur definitio; haud tñ à logica. i.  
 rationali scientiā ea uēit abinēda. Patet itaq; rectē Ammoniu dixerit  
 se i totā logica demonstratiōe ēē finē, & nos haud quāq; aber-  
 rasse, cū ex fine logicæ de finitiōe sumētes, terminū ipsum finē  
 eiusdē cōstruim<sup>9</sup>. declarato. n. i sensu, utriūq; p̄dicte suslineri pōt.

Utum logica sit uera scientia inquiritur, Scotiq; opinio-  
cum eiusdem ratione aducitur:

**S**ed ingens oritur difficultas, dictum enim est, scientiam in  
logices definitione generis locum obtinere, scientiæ autem  
nomen equiuocum est, quandoq; enim ad quamlibet cognitionem  
se extendit, quo quidem modo, gramaticam scientiam ab Arist:  
uocari comperimus: Nonnunq; uerò solum habitum per cõclusio-  
nem demonstrationis acquisitum significat, quod 6<sup>o</sup> Ethicorum cõ-  
fessus est Aristot: cuius quidem scientiæ species, & potissima q-  
dam est, ea quæ p<sup>o</sup> poster: definitur: insurgit itaq; dico dubitatio,  
cum scientia logices definitionem uelut genus ingrediat, an  
2<sup>o</sup> in significato sit intelligenda? primo enim modo intelligi pos-  
se, nemo est qui dubitet: Hoc in quæ sito multi multa dicunt, nos  
uerò i præsentiarum Subtilis Doctõris tantum opinionem aduce-  
mus eamq; ab obiectionibus Hieronymi Balduni iusta tenela-  
las nostri ingenij uires liberare tentabimus:

Dico itaq; quod subtilis Doctõr in prima uniuersalium, quæ sitũ  
ex intento dissoluens partem affirmatiuam sustinet, logicã sciz  
licet esse scientiam, id est habitum per conclusionem demonstratio-  
nis acquisitum, quod tali medio probat: facultas in qua demonstra-  
tiuè concluditur scientia est, logica est huiusmodi, igitur: maiorẽ  
ex primo posteriorum declarat, cum enim demonstratio sit syllo-  
gismus faciẽs scire, ubi demonstratio, ibi etiam scientia erit: mino-  
rẽ astituit tali pacto, i logica sunt omnia ad demonstrationem res  
quisita, in logica itaq; demonstratur, consequentia nota, assumptũ  
declarat, Nam cum tria ad demonstrationem requirantur, subiec-  
tum, definitio, & passio, omnia in logica inueniri asserit, Quæ  
uerò sint hec in 3<sup>a</sup>. manifestat dicens, subiectum, esse syllogismũ:

In antepæ.

cap. 2.

4.

7.

2.

definitionem, quæ de syllogismo p<sup>o</sup> priorum assignatur, passio  
nem uerò, modum, & figuram, ex tribusue terminis constitui,  
quæ de syllogismo per eius definitionem p<sup>o</sup> priorum demonstrā  
nr, Hac Scotus:

p<sup>o</sup>.

Balduini Responsio ad Scoti rationem.

23 secundum anti  
quã, secundum  
uerò nouam dis  
uisionem, 21.

**H**ieronimus contrariæ opinioni fauens Scoti rationē nul  
lius ponderis esse contendit, ait enim respondendo, fals  
simum esse in logica demonstrari, cum omnia ad ueram des  
mostrationem requisita haud quāq; in ea reperiuntur: non enim  
inquit tria tantum ad demonstratōē sufficiunt ut Scotus arbitra  
tur sed quartum requiritur, ut 2<sup>o</sup> posteriorum inquit Auer: q  
scilicet res demonstranda sit, naturaliter ignota, esto itaq; q sub  
iectum, definitionem, & passionem in logica reperiri Scoto con  
cedatur, non tamen ob hoc ī ea demonstrari colligitur, deest enim  
4<sup>m</sup>. s. res demonstranda non est naturaliter ignota, entia enim  
rationis apud ipsum naturaliter ignota minime sunt, ratio itaq;  
Scoti, hunc in modum ab isto doctissimo uiro, destruitur:

p<sup>o</sup>.

Scoti ratio fulcitur, Balduiniq; responsionem  
falsam esse ostenditur:

**S**I qua est facultas, in qua peritissimi acerrimis agitentur  
ambiguitatibus, eam logicam esse nemo inficias ibit, nō pau  
cæ enim quæstiones in hac facultate maximæ autoritates des  
fensores habent, euidentissimisque rationibus pro utraq; parte mu  
niuntur, adeo quod plurimum litem adhuc sub iudicibus esse am  
bigit nemo, huiusmodi profecto quæstio est de conclusione ex  
missione necessaria & inexistentis propositionis illata, De præ  
dicato primo, de medio demonstrationis simpliciter, atq; aliæ mul  
tæ, quas iam dinumerare non est opus, Hoc Scotus considerans,

logicalia quæ sita & si non omnia, aliqua saltim, oïo ignota esse, tanquam notum dereliquit, non enim putabat aliquem tam duræ cervicis futurû, qui entia rationis quæ minimam entitatê habêt, totq; difficultatibus scatent, quæq; sola omnisciû Augustinû aliorum frequentare auditoria coegerint uelut omnium sapientissimus faciat omnia plana. Verum quia Hieronymus Scoti rationem au fugiens, ideo in logica demonstrari negat, quia entia rationis oïo ignota non sunt, ut huius uiri curiositati satisfiat; ne hoc quidem (quod Scotus tanq. notum dereliquit) in logica deesse quin ibi ueræ fiant demonstrationes, sic ostendamus. Ea quæ sita quàm ignotissima sunt, in quibus contra Aristotelem à maximis uiris, & magnis quidem ambiguitatibus est dubitatum, in quibusq; Auer. iamdiu cecutiens fuit, & uix tandem ueritatem inuenit, sed quædam quæ sita logicalia sunt huiusmodi, ergo ea quæ ignotissima sunt, maior declarator, nã talia quæ sita non sunt. oïo nota, non e quidem quærerentur ut 2<sup>o</sup> post. inquit Auer. sed inquisitione à sensibilibus accepta ut p<sup>o</sup> post. dicitur, colligeretur: Non medio modo nota, nam talia & si quærantur ut inq. Auer. 2<sup>o</sup> post. tamen per inquisitionem, aut aliquam speciê partitionis habentur, cû nec omnino nota, nec quàm ignotissima sint, eodem teste 2<sup>o</sup> post. p<sup>o</sup> de cælo, & 6<sup>o</sup> phisicorum, modo qd, tam in sani capitis esset, ut inquit, quòd in quæ sitis, quæ sola inquisitione possent haberi, Auerroes tam diu cecutiens fuerit, & Eudemus, ac Theophrastus ex intento contra præceptorem scripserint? uera itaq; est maior, qd talia quæ sita quæ ignotissima sunt: Minor probatur quòd ad p<sup>m</sup>, autoritate Auerrois in quæ sito de omni priorifico, dicentis, tertio perscrutabimur modos conclusio num, syllogismorum mixtorum, quia quidam dubitauerunt in

p<sup>o</sup>.

1:4.

p<sup>o</sup>.

l. 2. 4.

9<sup>r</sup>

41

20.

15.

In solutiōe obiectionis 7.

hoc cōtra Aristotelem magnis ambiguitatibus. quos p<sup>o</sup> priorum, Theophrastum, Eudenum, ut Themistium esse confitetur, pro 2<sup>a</sup> etiam parte probatur autoritate eiusdem, p<sup>o</sup> pōster discentis, ego uerò diu credidi rectum esse congregare utranq; doctrinam, tandem autem dū explicui intentionem demonstrationis ut demonstratio est, & perscrutatus sum hoc, patuit mihi res illi, & uerū esse id quod Aristo. fecerat, & quod factū ab Alpbarabio fuerit error. cōfirmo per Auer. 2<sup>o</sup> post. asserētē, quæ sitū ibi motū ēē difficile nimis 2<sup>o</sup> arguo sic, logica difficillimè acquiritur, Ergo quæ sita logicalia, aliqua saltū, sunt naturaliter ignota, consequentia deducitur, per illud medium quo paulò superius maior probata fuit, nam si esset omnino nota, aut medio modo nota, haud profectò difficillimè acquireretur. Antecedens probō autoritate Arist. 2<sup>o</sup> metaphi. asserētis, i possibile simul esse acquirere scientiam et modum sciendi, subdit causam Arist. neutrum enim est facile acquirere, ergo difficile, per modum uerò sciendi Aristotelem logicam eo i loco intelligere, & Auerroes, & Alexander seu Ephesius exponunt, ut inferius declarabimus. 3<sup>o</sup> arguimus autoritate Alexandri probando logicam esse disciplinam per ueram demonstrationem acquisitam, exponens enim p<sup>a</sup> uerba primi priorum inquit, possemus etiam, licet, i scientiæ demonstratiuæ legatur i duo illa quæ inquit, i circa quid & cuius i non de subiecto utraq; interpretari, sed alterum de subiecto intelligere id est i circa quid i circa quid enim subiectum significat, Alterum id est i cuius i de habitu qui subiectum ipsum contempletur, ut sit circa subiectum demonstrationem, & scientiæ demonstratiuæ quæ subiectum ipsum contempletur, & simili modo ad utraq; anteposita access

modata responsio efficietur, est autem demonstratio ratiocinatio  
demonstratiua: scientia uero demonstratiua, est habitus ex  
quo ratiocinari demonstratiuè possumus? De demonstratione  
enim dicere, scientiæ est demonstratiuæ, & eius qui scientia  
ea præditus fuerit, quid clarius dici potest? Quarto, ut ei Auer  
rois auctoritas conloneatur in epitoma logico asserentis quandã

Cap. de syllogis  
mo.

43.

71.

36.

153.

conditionem in syllogismi definitione positam, esse adeo igno  
tam & sit gradus conclusionis demonstratiuæ, & in p<sup>o</sup> postero  
rum cum Alpharabio contendentis, locum ab Aristotele ibi affi  
gnatum esse demonstratiuum, & inferius asserentis, Epilogum  
ibi fieri prout expe lit in conclusione orationum demonstratiuar  
um, & in 2<sup>o</sup> eorundem dicentis, ibi post Topicas rationes Ari  
stotelem aducere demonstratiuas, ut sui moris est & in phisicoz  
rum præfatione (si primæ & secundæ translationi fides est  
adhibenda) logicam inter speculatiuas artes connumerantis, hic  
enim distinctio. i. abusionum myriadas paratas esse scio, Nō  
ne p<sup>o</sup> poster. Auerroes, & si corruptum testimonium habuerit, haud  
enim habuit uerbum ἀναλωτικῶν, nihilominus siue eandem ha  
buerit animam, quã habuit Aristoteles, quod facile pythagorici  
concedent. siue ab eodem Demone fuerit ductus, à quo & Ari  
stoteles, quod Platunici non negabunt, siue à rei ueritate fuerit  
directus (quod ego credo) uerbum ἀναλωτικῶν supplens dixit,  
Aristotelem ibi essentialem demonstrationem aducere? Vir aus  
tem iste in calce eius quæ sita quod ob m, de subiecto logices,  
Venetijs fuit excussum hanc Auerrois auctoritatem glosat, sed  
qualis glosa sit animaduerte, nquit, demonstrationem quam Auer  
roes ibi essentialem uocat (sicut & cæteras demonstrationes in  
logica factas) non demonstrationem sed syllogismum esse ex  
suppositione,



suppositione, qui non scientiā, sed opinionem gignit, sed ut omi  
 ttā q̄ Ioānes Gramaticus inq̄, p<sup>m</sup> argumētum eo ī loco ab Ari  
 stotele factum logicum dici, eo quòd procedit ex his quæ non solum  
 demonstrationi sed etiam cuiusquæ syllogismo cōueniunt,  
 alterum uerò logicum non amplius eandem ob causam uocari, ex  
 his enim, fluit quæ solam demonstrationem concernunt, sed ideo  
 logicum inquit ab Aristotele dici, eo q̄ ex suppositione proces  
 dit, rationem uerò quam Auerroes essentiālem demonstrationem  
 esse dixit, analyticam idest demonstratiuam uocauit Aristote  
 les eo quòd nec ex comunioribus nec ex suppositione procedit,  
 ut hæc inquam prætermittam: Dicat quæ se, si quæ dicit uera  
 sunt, quomodo Philoponi uerba ibidem uerificātur dum inquit,  
 analyticās huiusmodi uocat ostensiones, pro eo quòd est demo  
 stratiuas, propterea quòd intentio totius analyticæ scientiæ est de  
 monstratio, sic ergo principium Analyticorum fecit & primum  
 oportet etc. & quoniam ergo, omnem de demonstratione tractatum  
 sic appellauit analyticum ex parte totum nominans, ob hoc etiam  
 omnes demonstratiuas ostensiones analyticas uocauit: Si ut uir  
 iste inquit topica esset ratio, quomodo itaq; analytica ab Aristo  
 tele uocatur. i. demonstratiua, prout ab analysi liber iste inscribi  
 tur? Ex quo illud etiam liquet, q̄ hæc demonstratio ea est quæ suz  
 per naturaliter ignota procedit, eam enim hanc esse qua per se  
 intelligibilia uerificantur, haud quāq; intelligere possimus, tum  
 quia illam analyticam dici ab analysi de qua liber hic inscribitur  
 nullo quidem modo fieri potest, cum ab ea analysi liber hic sit  
 inscriptus, quæ est demonstratiōis super naturaliter ignota proce  
 dentis, ea enim hoc in libro subiectum est, tum quia illa ex essen  
 tialibus non est, sed ex comunissimis & probabilibus, cum per

Pro hoc uide di  
 stinctionem de  
 2<sup>ci</sup> demonstratio  
 ne apud Auer.  
 p<sup>o</sup> top. cap. 2<sup>o</sup>.

eam metaphisicus comuniffimus artifex principia per fe intelli-  
gibilia aliarū facultatum apud negantem corroborare folet,  
hanc uerò ex essentialibus procedere, Ioannes cū Auerroce testa-  
tur: tum quia per eam, per fe intelligibilia apud negantem demo-  
ftrantur, quæ fitum autem quod Ariftoeles oftendit per fe intel-  
ligibile non eft. Sed quid multis moror? nonne ex fuis uerbis uir  
ifte conuinci poteft? Primo priorum, dum propofitionis descrip-  
tionem explanat, fingularem fyllogifmum non ingredi hac rati-  
one contēdit, quod per fyllogifmum oftenditur eft naturaliter  
ignotum ( ut ibi inquit, fed falfo ut alias fi diuinum fauerit nu-  
men oftendam ) fingularis non eft huiufmodi, ergo, Sic arguas  
mus & nos, quod per fyllogifmum oftenditur eft naturaliter  
ignotum, logicalia quæ fito quamplurima per fyllogifmum often-  
duntur, ergo funt naturaliter ignota, maior eft fua, minor toties  
uerificatur, quoties Ariftoeles in logica fyllogizat, quod p<sup>o</sup> pos-  
teriorum factum, effe dubitat nemo. Demū uir ifte in quæ fito  
48. to de mixtione propofitionis de inefle & neceffaria, felutis rati-  
onibus utriufq; partis, quæ fitum tanq; problematicum & ad-  
ueritatem ufq; minimè ductum dereliquit, quòd fi illud affirmat,  
nonne fuimet oblitus logicalia putat omnia clara? Manifeflum  
itaq; ex dictis, nec hoc deefle ( fcilicet entia rationis non effe na-  
turaliter ignota ) quin in logica demoftratur, Cum itaq; omnia  
fint ad demoftrationem requifita, fubiectum, definitio, paf-  
fio, ac quæ fitum naturaliter ignotum, cui dubium quòd in logica  
demoftrabitur? Non itaq; immerito Scotus in altera ratione ar-  
guebat, logicus eft fciens, cum demoftraret, ergo logica eft fcienz-  
tia. Confequens iam eft, ut poftq; Scoti conclusio eft corros-  
borata, obiectiones huius uiri quas in oppofitum aducit figilla-

tim adducēdo dissoluāmus adducemus aut nō solū eas quæ in im Aduerte lector  
præfso quæfso leguntur (imperfeſte enim fuit excuſſum) ſed in his rationibus  
etiā, illas quæ ī excuſſo ſunt prætermiſſæ.

Balduini q̄ plus

Prima obieſtio Balduini.

res autoritates

Eſt autem prima eius ratio talis, logica non utitur inſtrumentis te non inuentus  
quæ docet, ergo logica ſcientia non eſt, conſequentia patet, antez rum cum uel fi. l  
cedens probat, ſimilitudinibus, & autoritate, p<sup>a</sup> ſimilitudo eſt, ſò uel abſq; pro  
ſicut ſcientia moralis tantum docet regulas morum, & non uti poſito citentur  
tur illis, ſed ciues utuntur eis teſte Ariſt. 2<sup>o</sup> Ethi. ſic logica ſi non eſt error  
tantum docet inſtrumenta, & non utitur eis, ſed artes, & ſcien: ſcriptoris.

tiæ utuntur illis, ut p<sup>o</sup> Top: Ariſt. inquit: 2<sup>a</sup> ſimilitudo 2<sup>o</sup> Ethi 2. 4.  
corum moralis docet regulas morum, non ut ciues tantum eas 8.  
ſciant, quia nulla inde utilitas, ſed ut ciues ex eis ſcitis operari 2. 4.  
poſſint, ſic ad propoſitum logica docet regulas, & inſtrumen-  
ta, non ſolum ut alie artes, & ſcientiæ eas ſciant p<sup>o</sup> top. quia in- 2.  
de nulla utilitas, ſed ut eis utantur, ex quibus ſimilitudinibus an  
tecedēs colligit, logicā proprijs inſtrumētis nā uti, quod ēt Auer.  
autor. cōprobat inqt enim, & in logico Epitoma, & p<sup>o</sup> poſt. q̄ ī In prologo &  
logica docētur inſtrumēta qbus artes, & ſcietiæ utuntur, quaſi com. 17.  
dicat q̄ logica tantū docet inſtrumēta & non utitur eis.

Reſponſio.

Huic reſpondentes negamus antecedens, ad primam probatio-  
nem, negatur ſimilitudo, cauſa, nam regulæ morales ſolos actus  
humanos regulant, ac ideo moralem cognitionem, cum qualitas  
ſit, dirigere non poſſunt, At regulæ logicales quaſlibet cognitio-  
nes ratione artificiali acquiſitas dirigunt, in quarum numero  
cum ipſa logica ſit meritò ab eis dirigetur: Ad ſecundam  
concedimus regulas logicales ueluti, & morales nedum

ob cognitionem, sed et ob usum declarari, ut clara est Aphrodisi-  
ensis sententia in præfatione primi priorum: uerum inde sequi,  
logicam proprijs instrumentis non uti, omnino inficias imus, pri-  
us enim quam hæc cõsequentia deducatur, pascetur in a tere cer-  
ui. Auctoritates colimus, atq; ueneramur, quòd scilicet logica doc-  
ceat instrumenta quibus artes & scientiæ utuntur, uerum cum lo-  
gica ex eis una sit, illis etiam instrumentis utetur, et sic non con-  
tra nos sed pro nobis est Auerroes, Hæc ad eius primam rationem.  
Retorquetur Deinde quæro ab eo, similitudo sua aut est omnino uera, quòd si  
ratio. sicut cognitio moralis nullis moralibus regulis utitur, sic logica  
nullis regulis logicalibus utetur, aut similitudo erit si lū quòd  
ad aliquot regulas, (scilicet scientificas tantum) si dicet p<sup>m</sup>, ul-  
tra quod est mendacium, sibi met contradicet, concedit. n. logicam  
rationibus topicis uti, si secundum, quæram ab eo, cur per ipsum  
ista similitudo non ualeat etiam in regulis topicis? quòd scilicet si  
sicut moralis nullis regulis utitur morum, sic nec cognitio logica  
regulis logicalibus etiam topicis utetur? quamcunq; dissimili-  
tudinis causam assignabit, ob eandem ego dicam, quòd etiam scie-  
tificis poterit uti.

Secunda obiectio Balduini.

Secundo arguit ex subiecto, scientia est necessariorum & in-  
possibilium aliter se habere potentium, aut saltem eorum quæ  
sunt secundum mazis, logica non est talium, scientia itaq; non  
est, maiorem probat autor. Arist. p<sup>o</sup> post. et sexto metaphisices.  
Cap. 5. 6. 15. 16. & est expressa sententia Auerrois p<sup>o</sup> post. dum inquit quæ pro  
6 17. maiori parte uera sunt ad topicum spectare, Minorem tali pro-  
syllogismo confirmat, quæ fiunt ab intellectu non sunt semper  
& uniuersaliter uera, at entia rationis de quibus est logica sunt

ab intellectu, igitur, maiorem probat ex Aristotele 6° metaphi. 1.4.5.6.  
 & 6° Ethic: ubi ponens differentiam inter opera naturæ & 5.  
 artis inquit, quòd de operibus naturæ potest esse scientia, quia  
 sunt semper aut in maiori parte uera, at de operibus artis, sciz  
 licet intellectus & uoluntatis, nõ habetur scientia, quia non semper  
 aut in maiori parte uera: minorem inquit haberi 4° & 6° 2. ult°.  
 metaphi. sed clarius à Themistio in libro de anima primo. 2° ean 8.  
 dem minorem principalem, quòd .f. logicalia sint pro maiori par  
 te uera confirmat autoritate Aueryois p° posteriorum luce cla 32.  
 rius asserētis, regulas logicæ arti essentielles esse pro maiori par  
 te ueras, quòd etiam nos corroboramus eiusdem autoritate in  
 eo, quæ sito quo quærit an per conditionalem ostendatur quæ sit Prope finer.  
 tum primum ignotum, ubi eandem sententiam habere uidetur,  
 Tertio eandem minorem probat ex°, quo modo Aristoteles p°  
 & secundo Ethicorum probat regulas morales non esse semper Cap. 2.  
 per & uniuersaliter ueras, regula est moralis bonum esse non  
 eicere diuitias, hæc à ueritate recedit, loco, tēpore, & indiuiduo,  
 loco, quia in mari ubi est tempestas non est uera, tempore, ut in  
 bello, nec etiam uera est apud indiuiduū, quia apud furem uolen  
 tem occidere, diuitia sunt abiciendæ. Sic res logicalæ non sunt  
 semper uniuersaliter ueræ. Sed mutabiles ad mutationem artiū  
 diuersarum, in quibus utimur eis, sunt mutabiles, ad mutatiōē  
 diuersarum rerum in unamet arte, sunt mutabiles ad mutatiōē  
 nem adiscientium, Dat exemplum, iubet logicus definitionem ex  
 genere & differentia sine materia componi, regula hæc ex 6° 2.  
 metaphi. mutatur à ueritate, nam in metaphisica erit uera, falsa  
 autem apud naturalē ac mathematicum, ille enim per sensibile,  
 hic uerò per intelligibilem materiam, definit falsificatur etiam



in eadem arte, nam metaphisicus substãtias definiens, eas absq; subiecto contemplatur, at in accidentium definitionibus subiectum apponet, Tertio ad indiuidui diuersitatem regulas logicas falsificari asseuerat, iubet enim logicus ignota naturaliter demonstratione sciri, falsa est regula, ut 2<sup>o</sup> metaphis. dicitur, apud adiscentem malã naturã uel malã consuetum, nõ. n. addiscet per demonstrationẽ, sed per rationes topicas, uel poeticas, Addit his, regulã esse p<sup>o</sup> posteriorũ õne quod scitur sciri per causam, falsa iquit est hæc, cum multa sciuntur ut propositiones immediata & sine causã, carent enim ea, concludendum itaq; ait, logicales regulas non semper sed ut in pluribus ueras.

Responsio.

Cum duplex esse peripatetici cognoscant, alterum singulare (quod actualis existentia uocant) alterum uerò uniuersale & quiditatuum, Dico quod maior illa qua asseritur scientiam esse eorum qua semper sunt uerificatur de esse quiditatuo & uniuersali, non enim exigitur æternitas existentia, nam naturalia quò ad hoc esse corruptibilia sunt, & tamen de eis scientia haberi potest, quo quidem in sensu neganda est minor, ad probationem dico, quod illa maior qua dicit, Quæ sunt ab intellectu & uoluntate, non sunt semper uera, intelligitur tali pacto, Quæ sunt ab intellectu & uoluntate hac lege, quod præter intellectũ & uoluntatem nullum habent esse quiditatuum æternum in generabile & incorruptibile, ut sunt artificialia, non sunt semper uera, quoquidem in sensu autoritates procedunt, at hoc in significatione, falsissima est minor, nam licet entia rationis ab intellectu dependant quò ad esse existentia, ut per autoritates adductas probari uidentur, tũc enim hic uel ille syllogismus erit, quãdo uoluntas

mult  $\phi$  syllogizetur, & intellectu nos syllogizamus, Non tamen ab eo dependent quoad esse quidditativum, semper enim syllogismus (nullo etiam intellectu intelligente) erit eodem modo, ex tribus terminis, duabus propositionibus, necessariq; concludens, quadere principalis rationis conceditur maior in sensu declarato, negatur aut minor, ad probationem, in sensu exposito admittitur maior, scilicet minor est falsa. Ad 2<sup>m</sup> confirmationem qua est Auer. autoritas, dico non esse verum Auer. in eo commento concedere regulas essentielles arti logicae esse veras ut in pluribus, quod pleriq; arbitratur, nec est hoc dixit in qua sita a nobis citato, sed in qua quod regulae arti logicae essentielles sunt regulae in maiori parte, id est qua ambiunt maiorem partem entium, & non unum genus tantum determinatum, Quod autem haec sic mens Auerrois ibi, eius verba perscrutantes cognoscemus. Aristoteles assignatis duobus significatis eius, quod est per se, dicebat, Quae neutro modo insunt accidentia sunt, Contra dubitat Auer. nam estimatur quod detur tertia species praedicatorum per se, scilicet quando alterutra in alterutro definitione sumitur, quadere videtur quod desit tertia species praedicatorum per se, & sic Aristoteles sit diminutus, Huic dubitationi bifariam occurrit, per fiduciarium responsionem, & per instantiam, per fiduciarium responsionem sic, Responsio per quod scilicet concessio relativa in correlativorum definitionibus instantiam inferri per se, non tamen ob hoc Aristoteles huiusmodi praedicata rursus, dum ad 14 dimittendo est diminutus, nam intentio eius hic non est ponere objectionem regulas peculiare unigenere entium, ut puta relativorum, sed est spondetur exa declarare regulas qua inveniuntur in maiori parte, id est comminatur. nes, pluribus generibus competentes, non autem asserit quod regulae logicae essentielles sint pro maiori parte verae, quia

aliquando falsa, inquit enim, & dicimus quod eius intentionis hic sit tradere res quibus utendum est in maiori parte rerum quae inueniuntur, declarat se inferius inquitens; & hanc quidem rem alibi explicauerunt expositores, ac ipse Aristoteles etiam, scilicet quod regulae hic datae sint eorum quae sunt pro maiori parte, cum haec sint regulae huic arti essentiales, artificialis enim est regula uniuersalis quae continet plusquam unum genus, Sed alius quis obijciat contra, esto quod secundum hanc responsionem Aristoteles diminutionis notam euadat, tamen in peius labitur, quippe qui mendacium incurrere uidetur, inquit enim, praedicatum neutro modo subiecto competentia, accidentaliter inesse, modo hoc est falsum, ob tertiam speciem praedicatorum quae iam concessum est neutro modo inesse, & tamen non accidentaliter insunt. Respondet Auer. dictum hoc esse limitandum hoc modo, quae neutro modo insunt, ut in pluribus accidentia sunt: At hinc aduersarij nos oppugnabunt, hinc nos ad unum cedent, hinc nos una abolitione abolere meditabuntur, quippe qui in foueam quam iam diu aufugimus lapsi esse uidemur, negantes enim logicales regulas ut in pluribus, non autem semper ueras, Aristoteleam regulam, & logicalem quidem, etiam ad Auerrois aures huiusmodi esse confessi sumus: sed quis profecto risum continebit, si quem tali pacto arguentem audiret Catilina in patriam conspirauit, omnis itaque homo in patriam conspirat, hominis igitur in patriam conspirare est essentiale. An horum argumentatio similis non est? regula haec logica est uera ut in pluribus, omnes itaque logicales regulae sunt huiusmodi, uerae itaque ut in pluribus sunt essentiales regulae arti logicae: sed haec puerilia esse quis non animaduertet? Ad tertiam confirmationem, & si multoties in logica



tales regulas iueniri iuxta sententiam Auer. 2<sup>o</sup> post. nō negamus,  
 præter enim has omnino ueras & essentielles etiam continet, tam  
 menī exemplis falsum assumi asseueramus, ex Auerrois enim  
 placitis 2<sup>o</sup> phisicorum & metaphisices, ac p<sup>o</sup> de partibus anima 16 15.  
 lium logicales regulæ duplices sunt, quædam cōmunes omnes In principio.  
 artes, & scientias ambientes, quædam uerò propriæ uni tantum  
 arti competentes, quæ cōmunes, sunt in rationali facultate de-  
 clarantur, quæ uerò uni solum arti conueniunt, mos est ut in ar-  
 te propria manifestentur, cum itaq; cōmuniissima definitio  
 regula sit, ex genere, & differentia constitui, Hanc logica doz-  
 cet, an uerò definitionem materia ingredi possit, logica nec ab-  
 nuit, nec annuit, quippe qui hoc munus eius minimè sit, admetphi-  
 sicum enim spectat ex regula illa cōmuniissima suam partialem  
 elicere, quòd scilicet eius definitiones absq; materia esse debent  
 similiter naturalis munus erit propriam extrahere regulam, quòd  
 scilicet cum materia sensibili definire debet, itidem etiam &  
 mathematicus, quòd cum materia intelligibili, Hæ autem partia-  
 les regulæ, cum omnes & genus & differentiam includant, ue-  
 ritatem regulæ cōmuniissimæ logicalis non destruunt, sed con-  
 firmant; Similiter etiam dicimus, nequaquã logici munus esse, su-  
 biectum in definitionibus includere, siue ab eis arcere, sed meta-  
 phisici hoc erit, hic enim cum ens eiusq; partes contempletur, re-  
 gulam ponere debet, qua substantia, quæue accidentia definitio-  
 ne claudantur, utputa substantia absq; subiecto, accidentia uerò  
 cum subiecto definiantur, quod logicali regulæ nec èt derogat  
 bit, nam & substantiarum & accidentium definitiones, genere  
 & differentia clauduntur, Nec etiam eam regulam falsam esse  
 putamus, qua logicus iubet, naturaliter ignota solum per demo-

strationem sciri, nã etsi per rationes topicas, uel si a scias à mas  
lè assueto praua q; naturæ addiscere addiscantur, nō tñ scientifi  
cè quod logicalis regula iubet. Illud etiã mirũ est, quomodo tam  
peritissimus uir asserat, regulam qua dicitur, scire esse per cau  
sam falsam esse, eo quòd immediatæ propositiones sciuntur &  
non per causam; cum Auerroes, Philoponus, atq; lucidissimus  
Themistius, huic dubitationi occurrentes asserant, ibi non quod  
libet scire ac finiri, sed solum quod per demonstrationem habe  
tur. Quod si nullus expositorum hoc dixisset, nonne ipse Aristo  
teles (si Grecorum atq; Auerrois expositioni fides est adhiben  
da) hoc declarauit dum dixit, Dicimus autem & per demonstra  
tionem cognoscere. & hæc quò ad secundã obiectionẽ qua quẽ  
hunc in modum dissoluta, exercendi ingenij gratia, quaerã, Hoc  
quod inquit, regulae logicalis sunt ueræ ut in pluribus, aut cõ  
petit omnibus regulis logicalibus, aut quibusdam sic quibusdam  
non? Si primũ, Dicam, cum hæc regula, quod scitur non potest  
aliter se habere, logicalis regula sit, iusta suum responsum non  
erit semper uera, sed ut in pluribus & sic dabuntur scibilia quæ  
dam quæ poterunt aliter se habere (hãud enim secus destruetur  
regulae uniuersalitas) in quorũ numero logicalia scibilia esse sal  
uabo, etiam q; semper uera non sint: Si secundum dicet, tunc non  
habebit intentum, nam non concludet nisi quòd quædam regulae  
logicalis cum sint ueræ ut in pluribus, non erunt scientificæ, &  
sic nō destruetur logicam scientiam esse, cum hoc in his quæ sunt  
sempiternæ ueritatis adhuc saluari possit: Præterea (topicæ sal  
tim) ratio sua potius nobis quã sibi fauere uidebitur, arguit enim,  
quæ sciuntur sunt necessaria, aut saltem in maiori parte, regulae lo  
gicales nō sunt necessaria, sed sunt in maiori parte, ergo hoc non

obstabit quin sciri possint, nã & si nõ sint necessariae, sunt sale  
tim in maiori parte.

Tertia Balduini obiectio.

Arguit Præterea, ea quorum principium est in intellectu, & uo  
luntate, non per scientiam, sed per artem habentur, entium logi  
calium principia sunt in intellectu, & uoluntate, ergo per artem  
& non per scientiã habentur, maiorẽ asserit esse Aristotelis 6<sup>o</sup>  
metaphi. inter artis & scientiã subiectũ, hoc discriminẽ apponẽtis,  
quod scientiã est rerũ, quarum principiu est in rebus ipsis, at ars  
quarũ principiu est in uoluntate, & intellectu, minorem probat  
autoritate Auerrois 4<sup>o</sup> metaph. dicentis q̄ res logicales sunt  
secũdo intellecta, quæ nõ habent ee nea operari extra intellectuũ, ut  
idem inquit Auerr. in epitoma logico, capite de formatione.

4. 5.

2.

Responsio.

Obiectio hæc, ex his quæ aduersus secũdã dictã sunt facile dele  
ri põt. Maior. n. uera est si sic intelligatur, ea quorũ principium  
est i intellectu, & uoluntate hac lege, quod præter indepẽdentiam  
quã habet ab intellectu, & uoluntate nõ habent esse q̄ditatiuum  
æternũ, nõ per scientiã, sed per artem habentur, sed tũc, ut supra  
fuit dictũ, falsa est minor, entia enim rationis & si quodã esse  
existentiã dependeãt ab intellectu, habet tñ esse q̄ditatiuũ. inge  
nerabile, ex collatione enim factã inter animal & hominẽ, uelit  
noluit ipse intellectus, resultat intentio quæ dicitur genus.

Quarta obiectio Balduini.

Quarto arguitur ex fine, finis scientiæ est scire tantum, logi  
cæ finis non est scire tantum, logica itaq; scientia non est, maio  
rem & minorem Aristotelis esse inq̄t p<sup>o</sup> Topic. Sed clarius eas  
declari ab Auerrois i epitoma metaphisicali iusta principiu, &

2.

logicali, capite quo docetur qualitas faciendi demonstrationes, atq;  
definitiones: ibi enim artium partitio ab Auerroce fit in tres. par  
tes, quarum una est speculatiuarum, in quibus finis est sola ueritas,  
alia uero est practicarum in quibus opus intenditur, in tertio ue  
ro genere à duobus distincto logicam apponit cuius finis non est  
ueritas, non opus sed adminiculatio: quid clarius?

Responsio.

Quaestio. p<sup>a</sup>.

Quaestio. de prax.

49.

Hanc rationem Achilleas uires habere putant, sed an ita sit dis  
cutiamus, ut omittam, rationem non concludere logicam non es  
se scientiam, sed non esse scientiam speculatiuam, procedit enim  
contra Scotum, qui eam speculatiuam esse est arbitratus, & 6<sup>o</sup>  
metaphi. & primo sententiarum, Dico quod Subtilis doctor fa  
cilius euaderet, ut autem res clare intelligatur, duo adnotentur:  
Primo quod apud ipsum quaelibet intellectualis cognitio, aut est  
practica, aut speculatiua, omnis enim intellectus aut est practicus,  
aut speculatiuus, ut 3<sup>o</sup> de anima dicitur, practica cognitio dicit  
tur cuius finis est operatio extra intellectum, intellectus enim ut  
communis est opinio extensione fit practicus, huiusmodi actiua, et  
factiua cognitio est, speculatiuae autem finis ut contra practicum  
distinguitur dicitur esse operatio quae non dirigitur ad opus ex  
tra intellectum, Haec autem duplex est, quaedam enim ad ulterio  
rem operationem non ordinatur, ut est naturalis Mathematica  
lis atq; metaphisicalis contemplatio, quaedam uero ad ulteriorem  
operationem tendit, non tamen operatio illa ad quam prima diri  
gitur extra intellectum est, & huiusmodi est logicalium cog  
nitio, quae etsi non gratia sua inquiratur sed gratia usus, & ad mi  
niculationis, quia tamen iste usus, & adminiculatio intellectus  
per se est operatio, ( licet per accidens sit in uoce, uel scripto )

ideo speculationis naturam non interimet, in qua sententia maximus est latinorum expositorum chorus, quorum Dux Angelicus est. Doctor, qui in prima secunda hoc expresse confitetur. Secundo notatu dignum est, Aristoteleam regulam esse in 2<sup>o</sup> Top. quod quoties aliquid in plura distribuitur, Si pars aliqua proprium nomen non habet, totius appellationem desumit, quod etiam Ammo. in prædicamentis de dispositione, & Gramaticus de suppositione p<sup>o</sup> posteriorum factum esse confitetur, clarum exemplum habemus apud Aristotelem p<sup>o</sup> topicorum, proprium duplex, terminus, & non terminus, qui non terminus, est cum peculiare nomen non habeat, communis nominis. i. proprij appellationem retinuit. Cum itaq; speculatiua cognitio duplex sit quædam quæ ordinatur ad ulteriorem operationem, & quædam nõ, Prima proprio nomine adminiculans seu organica uocatur, Altera uerò quæ ad ulteriorem cognitionem non ordinatur, cū proprio nomine careat, speculatiua (generis nomen desumens) appellatur, Quibus notatis ad obiectionem respondetur negando maiore, non. n. speculatiua ut cõtra practicam diuiditur finis est sola ueritatis cognitio, sed interior operatio, Ad auctoritates eam probantes dicimus, quod loquuntur de speculatiua cuius finis non ordinatur, ad ulteriorem cognitionem, quæ contra practicam & organicam diuisa, cum proprium nomen non habeat totius appellationem desumpsit. Sed obstrepet quis, in tertio de anima dicitur, speculatiua finem esse, scire tantum, at practicæ opus, & tñ ibi speculatiuum non sumitur ut contra organicum subdividitur, sed ut à practico secernitur. Huic tali pacto occurratur: Dicitio {tantum} duplici modo sumi solet absolute, et respectuè, dum absolute profertur solum id cui adhæret includit,

Quæstio. 57.

Cap. 4.

Cap. de qualita.

7. 44.

4.

49.

Vide consimile

2<sup>o</sup>. metaph. 3<sup>o</sup>.

ceteraq; omnia excludit, ut dicēdo tantum homo currit, scilicet ho-  
mo currit, & praeter hominem nihil est quod currat, respectiue  
aut, ut si esset quaestio, quis ē duobus, homo, asinus, uel uterq;  
currit? dicendo tantum homo currit, cum dictio tantum respec-  
tue sumatur, non oīa excludit sed solum asinum, & tunc sen-  
sus est, tantum homo currit, i. ē duobus scilicet homo currit, nō aut  
excludi: ut leo: Corroboro distinctionem, Arist. in praedicationibus  
AEquiuoca definiens dixit, quod solum nomen habent cō-  
mune: contra, quia etiam descriptiones & alia plura, ut in pra-

Cap. de genere.

dicabilibus Ammonius inquit, Respondet Ammonius, dictio nomen  
solum, non absolute prolatam, sed respectiue, ut scilicet ex duobus  
bus, uidelicet nomine & ratione, aequiuoca solum nomen habet  
cōmune, sic ad propositum, Aristoteles & Auerroes ibi uolentes  
separare, intellectum practicum & speculatiuum, dicunt q; fi-  
nis intellectus practici ut distinguitur contra speculatiuum, est

Quaestio. 179. opus, exterius glosa, ut Angelicus doctor glosauit in 2<sup>a</sup> secunda,  
at finis intellectus speculatiui est scire tantum, non absolute, adeo  
quod quidquid nō est ob scire tantum excludatur, sed respectiue  
intelligatur dictio tantum, ut excludit opus exterius, & hoc non  
est contra nos.

#### Quinta Balduini argumentatio.

Arguit et, doctissimus iste uir, grossum instrumentum grossam et  
nō scientificā parit cognitionē, sed logicalia sunt acq̄sita per gros-  
sum instrumentū, de eis igitur grossa & nō scientifica traditur  
cognitio, maior ex 1<sup>o</sup> & 2<sup>o</sup> Ethico. colligitur, dū asseritur, tale  
instrumentū esse, qualis est cognitio per instrumentū acq̄sibiz  
paulo post prin- lis, minorē probat autoritate Arist. 1<sup>o</sup> Topi. ubi ponēs instrumentū  
cipium. totius logices dixit, de oībus dictis. i. Syllogismo simpliciter &

demonstratio, & dicēdis i. topico, & elencho se elegisse dicere  
grosso & figurali modo.

Responsio.

Huius rationis minorē interimendā asserimus, ad auctoritatem  
Arist. eam nō bene intelligi iudicamus, nō .n. ibi uult assignare  
instrumentū quo tota logica acquiritur, sed cū intentio esset tra-  
ctare de syllogismo topico breuibus tetigit syllogismū ī comuni,  
q̄a genus, demonstratiuū, (de quo ut qdā dixerat) & si p̄ simplicium  
de quo dicturus erat, ut ad horū comparationes topicus magis  
elucescat, q̄a de syllogismis exactius dici poterat, ut plures ex-  
positiones Alexandri eo ī loco testantur, Arist. se excusans dixit,  
de omnibus dictis, & dicēdis, tūc in eo capite, (nō aut in tota lo-  
gica) pingui minerua elegisse dicere, hoc .n. sufficiebat ad eius in-  
tentionē, unde Alexander inq̄, hic dictū esse figurali-ter, q̄a in pro-  
prijs libris diligēter, & sic locus nō est cōtra nos Quinimmo si-  
uim in uerbis facere licet, cū electio oīs 3<sup>o</sup> Ethico: sit uolūtaria,  
Aristotelesq; elegerit se figurali-ter de dictis et dicēdis dicere,  
colligitur eū diligēter & nō figurali-ter dicere potuisse, secus .n.  
nō elegisset, sed à rei natura im pertractare fuisse cōactus, quod  
et ipse inuere uidetur dū ait, figurali-ter se elegisse dicere, nō q̄a  
rei natura ex postulat hoc, sed q̄a arbitratur hoc sufficiens esse  
ad topicum syllogismum declarandum.

Sexta Baldui ni ratio.

Iterū obijcit, ī logica nō demonstratur, ergo logica nō ē sciētia, cō-  
sequētia nota ē, scire siqdē ut p<sup>o</sup> post. & 6<sup>o</sup> Ethic. habetur, de  
demonstrationis ē effectus, antecedēs probatur, quæ demonstrātur  
sunt ignōta naturaliter, entia ratiōis nō sūt ignōta naturaliter, igitur  
nō demonstrātur, Maior ē Auer. ī 2<sup>o</sup> post. minorē probat, quæ

2.

2. 4.

p<sup>o</sup>, 20.

3.  
 17. 27. *fiūt ab intellectu sunt nota intellectui, sed entia rationis fiūt ab intellectu, ergo nota illi, Maior est Auer. p<sup>o</sup> phil. corum, si nos faceremus res naturales, causā rerum naturalium essent notae nobis, minor supra declarata fuit. Possemus etiam principalis rationis minorem, scilicet entia rationis omnino ignota non esse probare per Auerrois auctoritatem & p<sup>o</sup>, & 2<sup>o</sup> poste: sed cum hic non intendamus quacūq; aduersus hāc conclusionem adduci possunt diluere, sed solum ea quae à Hieronymo Balduino in proprio quaesito aduersus hoc narratur illud enim si facilis eris erit Deus, ac in nostro literarum otiole secundum oportunitate commoditatem naēti quandoq; absoluemus, ob hoc ex hac, & aliarum multarum obiectionum examine in praesentiarum Abstine re decreuimus.*

*Responsio.*

*Nicolaus Bone Hac in ratione falsum assumitur antecedens, Ad probationem; tus in libello de concessa pro nunc maiore, negatur minor, ad prosylligismum eā relatiōe, Petrus confirmantem dico si uera est opinio assententium, entia rationis Niger in clipeo nullam habere causalitatem ab intellectu, sed tantum esse derez Thomistarum, li. 1<sup>o</sup>, quod magni quidē uiri affirmāt, quod facilliter euaderemus, 4.4. Aureolus ī neganda enim esset minor, ad auctoritates diceremus, quod non p<sup>o</sup>, dist. 23. & dicunt entia rationis ab intellectu causari, sed quod sunt in intel Leonardus Frā lectu ac praeter intellectus collationem quoad subsistentiam non cus in tract. de reperiri, ni enim intellectus inter duo primo intellecta collatiōz secundis intens nem faceret secunda intentio non resultaret, & sic dicitur imz nonibus. proprie q̄ intellectus facit secundas intentiones ad modum de claratum, quatenus scilicet ex collatione, ab eo facta secunda int Sco. in 9<sup>a</sup> praedi tentio resultat. Si autem entia rationis aliquam causalitatem ab cab. & Anto. de intellectu habere concedemus ut multi arbitrantur clarius re spondere*



spondere possumus, quòd ista maior, quæ sunt ab intellectu, sunt fantis in 2<sup>o</sup> trat.  
 nota intellectui, quia quæ sunt ab artifice sunt nota artifice, duz speculi ratiõas  
 pliciter intelligi pòt, uno qdem modo, quòd sint naturaliter nota, lis in difficultas  
 alio uerò modo quòd sint nota, id est notificata per doctrinã præ te 10.

cedentem, si primo in sensu accipiatur, eã omnino inficias imus,  
 nam sicut statuario nota est statuarum confectio, non naturalis  
 ter, sed per doctrinã præcedentem, sic intellectui facienti enz  
 tia ratiõis est nota illorum factio, non naturaliter sed præceden  
 te doctrinã demonstratiua, per quam ea facere didicit, esto enim  
 quòd intellectus naturalẽ quandã inclinationem habeat, quam  
 naturalem logicam dicunt, ad conficienda entia ratiõis ut p<sup>o</sup>

Pri. inq̃t Auerr. non tamen ob hoc eorum confectio est ei natura Cap. 7.  
 liter nota, nam etiam quamlibet cognitionem naturaliter acquire  
 re desiderat, ut in supernaturalium principio testatur Aristoteles,  
 & tamen illius acquisitio naturaliter intellectui nota non est:  
 Nec nobis hoc asserentibus Aucerois autoritas repugnat, inquit  
 enim Auerr. q̃ si nos faceremus res, causæ rerum essent notioz  
 res nobis, sicuti naturæ facienti eas causæ notiores esse dicuntur,  
 non autem inquit, quæ à nobis fiunt, nobis naturaliter esse nota,  
 sed quòd eorum quæ sunt à nobis causæ sunt notiores, & sic  
 intellectus si facit entia ratiõis, causæ eorum sunt notiores illi,  
 quàm sint ipsa entia ratiõis, ex quibus causis illi notis super en  
 tia ratiõis naturaliter ignota per demonstrationem procedet. Si  
 autem secundo in sensu accipiatur, quæ sunt ab intellectu sunt  
 nota. i. notificata intellectui mediante tamen doctrinã præceden  
 te, sic eam concedimus tunc enim nõ concludetur aliud, nisi quòd  
 entia ratiõis, cum fiant ab intellectu, erunt notificata ei intelle  
 ctui qui per doctrinã præcedentem, quæ apud me in aliquibus

demostratiua est ) ea conficere didicit.

Balduini aculeus septimus.

15. Obijcit etiam, Modus sciendi non est scientia, logica est modus sciendi, ergo non est scientia, maiorem probat à simili, sicut modus uidendi non est uisus, ita modus sciendi non est scientia, minorem ait esse Aristotelis 2.<sup>a</sup> Metaphi. asserentis, impossibile esse simul acquirere scientiam, & modum sciendi, ubi per modum sciendi Auerroes logicam intelligit, Ad hanc rationem respondet Scotus, negando minorem, ad probationem dicit, logicam dici ei modum sciendi materialiter, & non formaliter, non enim logica est modus sciendi, nisi quatenus est de instrumento, per quod acquiritur scientia ut de subiecto, Contra hanc responsionem Hieronymus tripliciter instat: Primò inquit quòd hæc prædicatio materialis nunquàm fuit inuenta in recto, probat per Aristot. 7.<sup>o</sup> metaphi. asserentem nec materiam nec materialia in recto prædicari, sed bene formam atque formalia, modo Aristoteles, & Auerr. faciunt prædicationem in recto, & non in obliquo. 2.<sup>o</sup> inquit quòd Auerr. & Arist. per modum sciendi non intelligunt logicam ut Scotus arbitratur sed peritiam, & eruditionem, habitum mixtum ex logica uniuersali & scientia, logicam particularem, id est uniuersalem appropriatam, particularizatam, & mixtam uni arti, Tertio probat hanc esse per se in primo modo, & formaliter logica est modus sciendi, id quod ponitur in definitione alicuius rei cõpetit ei formaliter, per se in 1.<sup>o</sup> modo, sed esse instrumentum ponitur in definitione logices docetis ergo cõpetit ei per se formaliter in 1.<sup>o</sup> modo, maior habetur 1.<sup>o</sup> Post. minore inquit haberi ab Aristot. 1.<sup>o</sup> Topic. et si quis nõ uult stare (ingit) auctoritati Arist. quærat ab eo ut docet logicam definiat, nõ nunquàm definit absque modo sciendi.

Diluitur.

Ad hoc respondeo ut Scotus, negando minorem, ad probationem dico ut Scotus etiam dicit, non formaliter sed materialiter esse ueram, Ad primam obiectionem asserimus ut Auerroes in commento inquit, materiam in recto uera prædicatione non prædicari, sed in obliquo, non autem negat quod prædicatione impropria prædicari possit, & hoc est quod Scotus inquit, hanc prædicationem, logica est modus sciendi, non esse ueram formalem, & propriam prædicationem, sed impropriam, & materialem, quæ potius deberet fieri in obliquo, logica est, quæ docet modum sciendi, q̄ in recto, Nec uerum est quod dicit, hanc in propriam materia prædicationem in recto apud Aristotelem non reperiri, nã in libro de Enunciatione, nomen, uerbum, & orationem per uocem, in recto, de finiuit, uox autem illorum non genus sed materia est; ut Ammonius Magentinus, & Michael Psellus ibidem pate faciunt, per hoc enim Aphrodisiensis rationem diluunt, qui arguebat, uox est à natura, nomē, uerbū, & oratio; sunt uox, ergo à natura; inquit minorē ueram esse materialiter, ideoq; cōclusio nē non sequi, sicut si dicatur, lignū est à natura, ianua est lignū; ergo ianua est à natura, uera prædicatio esset, ianua est. ex ligno, quod sit ex ligno est à natura; & sic falsa est conclusio ergo ianua est à natura, q̄a maior est falsa. Sicut ergo non fuit uō cōueniens ibi Arist. uti materiali prædicatione in recto, sic et nec 2.<sup>o</sup> Metaph. q̄n̄ logica sciendi modū appellabat, Ad secundā obiectionem duas responsiones assigno, alterā fiduciariā, alterā uerò per insaniā; fiduciaria est, Dato quod nec Arist. nec Auer. eo loco per modū sciendi intelligat logicā, sed peritiā ut ipse inquit, tñ nil habes cōtra Scotū, Nã dicere, Scotū fiduciariā responsionē assignare, negata n. minor per aduersarios prædicta auctoritate cōfirmabatur.

Respondet Subtilis Doctor etiam quod prædicta autoritas hoc dicat, contra nos non est, quia materialiter uera est, Et sic uir iste contra Scotum nihil haberet, quia fiduciarie eum respondere dicere possumus. Per instantiam uero dico, falsum esse Aristotelem & Auerroem per modum sciendi uniuersalem logicam non intelligere, quod ex Auerrois uerbis eodem in loco declaro, cum enim dixisset logicam duplicem esse, uniuersalem & particularem, & quod utraq; habere debet quod aliquid addiscere uult, subdit & cum dixit hoc dedit præceptum ualde utile & est ut homo non addiscat illam cum adiunctione aliarum scientiarum, quonia tunc neq; addiscet, hæc, neq; istam, modo uerba hæc uniuersali logicæ competere, quis ambigit? particularis enim logica cum adiuntione aliarum scientiarum addiscitur, ut ipse etiam Auerro. 2º phisic. & in principio de partibus animalium fassus est: Eadem sententiam graecus expositor, siue Alexander, siue Michael Ephesius clarissime confirmat dicens, Quibus uerbis significat in Resolutorijs, & omnino logicis exerceri oportere, ac demonstrationum modos cognoscere, & rationum conclusiones, absurdum enim est simul alicuius scientiam quaerere; simulq; quomodo scientia ipsa gignitur & comparatur indagare, quid clarius? Ut autem ad tertiam respondeamus, duo sunt nobis subicienda, quorum primum est, aliud esse cognitionem quæ habetur de re; aliud uero rem ipsam de qua cognitio inquiritur, sicut aliud est Deus ipse, aliud uero cognitio quam de ipso Deo Opt. Max. habemus, aliud cognitio de entibus rationis quæ logica dicitur, aliud ens rationis, illa siquidem qualitas est, hoc uero ne reale quidem ens. Alterum uero est quod cum materia uera prædicatio sit in obliquo, si per se de aliquo prædicabitur, prædicatio in obliquo

est constituenda, colligitur hoc ex sententia Aristotelis p<sup>o</sup> post.  
 afferentis, lineam per se de triangulo dici, quæ eius materia est,  
 & tamen in obliquo & non in recto prædicatur, His declaratis,  
 negatur minor quæ dicit, quòd esse instrumentum apponitur in  
 logices de finitione, ad Aristoteleam autoritatem, dico, quòd inq<sup>t</sup>,  
 omnia considerari ut instrumentum, & ex consequenti sic de-  
 finiri, & hoc conceditur à nobis, quòd quæ considerantur in lo-  
 gica, de finiantur per esse instrumentum, negamus tamen logicã  
 ipsam de finiri per esse instrumentum, aliud enim est logica, aliud  
 uerò ens rationis consideratum in logica, ut in p<sup>o</sup> supposito uis-  
 sum fuit: Dum uero inquit, de finiatu<sup>r</sup> logica docens, quia de fin-  
 nietur per esse instrumentum, dico per 2<sup>m</sup> fundamentum quòd  
 non de finietur per esse instrumentum in recto, non enim dici-  
 mus logica est instrumentum, sed in obliquo logica est scientia  
 considerans instrumentum sciendi, uel quæ de instrumento sciens  
 di pertractat. Addatur his, quòd si uerum esset logicam esse  
 formaliter modum sciendi, tunc ens reale formaliter esset ens ra-  
 tionis, quòd absurdissimum est, consequentia deducitur, nam mo-  
 dus & instrumentum sciendi est ens rationis ut ipse clarè nar-  
 rat in quaesito de subiecto logices, sed formaliter per ipsum lo-  
 gica est modus uel instrumentum sciendi, ergo formaliter erit  
 ens rationis, sed logica est ens reale, igitur, Præterea uir iste  
 uidetur suimet oblitus, nam quæ hic dicit expressè contradicunt  
 his quæ in principio capitis 2<sup>i</sup>, & in tertia conclusione scriptare  
 liquit, ubi ex inten<sup>to</sup> conatur probare, logicam non esse instrumẽ-  
 tum, sed facultatem quæ docet instrumentum:

Octaua Balduini obiectio.

Instat etiam doctissimus iste uir, quæcunque à logico consider

2. 4. rantur, ut instrumentum considerantur, ergo scientia logica non  
est, probatur antecedens nam 6<sup>o</sup> metaph. res uelut definitur consi-  
derantur, sed oīa in logica ut instrumentum definiuntur, ergo  
ut sic cōsiderantur, quod autem per instrumentum definiantur,  
p<sup>o</sup>. per inductionem ostendit, syllogismus de finitur p<sup>o</sup> priorum ut  
ex notis propositionibus patefacit cōclusionem ignotam, De mō-  
1. 4. stratio p<sup>o</sup> poster ut facit scire. De finitio p<sup>o</sup> Topico. ut indicat qd  
Et sic de singulis alijs.

#### Responsio.

Obiectio. Huius rationis consequentia negatur, esto enim quod logicalia  
omnia ut instrumenta adinquantia considerentur, quia tamen  
ista consideratio per demōstrationem acquiritur, uera scientia  
dicetur. Sed dicet quis nulli dubium hanc rationem scientiam nō  
destruere, non enim ex illo antecedente consequentia hæc dedu-  
ci potest, tamen destruit esse scientiam speculatiuam, facta enim  
fuit contra Scorum hoc asseuerantem, unde ratio sic est intellis-  
genda, quæ considerantur à logico contemplantur ut instrumen-  
ta, ergo logica scientia speculatiua non est, consequentia deduci-  
tur, nam speculatiuæ finis est tantum scire, at logices minimè, cū  
quæcunq; consideret, ut instrumenta consideret, & sic ad aliud  
diriget ea. Dicā quod hæc ratio hoc modo intellecta superius, dū  
ad secundam respondebamus dissoluta fuit.

#### Responsio.

#### Nona obiectio Balduini.

Arguit etiam, scientia procedit ex proprijs, non autem ex com-  
munibus, logica non procedit ex proprijs, sed ex communibus, lo-  
gica itaq; scientia non est, maior est declarata in toto ferè p<sup>o</sup> pos-  
ter. minorem probat nam Aristoteles in posterioribus analyti-  
cis docuit instrumenta cōmunia oībus artibus, & scientijs.

Responsio.

Ut huic facile respondeamus præsupposito aliud esse docere  
 communia, aliud uerò fieri doctrinam ex communibus principijs  
 & non proprijs conclusioni, Dico quòd maior illa scientia pro-  
 cedit ex proprijs, bifariam intelligi potest, uno quidem modo, ex  
 proprijs conclusioni & quòd ad usum, & sic eam negamus, me-  
 taphisica eniã procedit ex proprijs conclusioni, & tamen metas-  
 phisicalium propositionum usus est cõmunissimus, nec fuga est  
 satis tuta dicere, ideo metaphisicam sapientiam, & non scientiam  
 esse, ut quidam imaginantur, nam ex proæmio Metaphisicæ sa-  
 pientia scientiam præsupponit, sed nõ è cõuerso, Alio uerò modo  
 maior intelligi potest, quòd scientia sit ex proprijs conclusioni so-  
 lum, & si propositiones sint cõmunissimæ quò ad usum, &  
 tunc negamus minorem. Nam Arist. p<sup>o</sup> post. ex primis, & essen-  
 tialibus demonstrat ut supra fuit uisum, ad probationẽ dicimus,  
 & si ea quæ docentur sint cõmunissima, quia ea dum coartan-  
 tur possunt applicari omnibus facultatibus, & scientijs, tamen  
 eorum doctrinam ex proprijs, & essentialibus fieri cõtendimus.

Cap. p<sup>o</sup>  
 A Egid. in proe.  
 postler.

153.

Decima obiectio Balduini.

Vir iste per plura declarat logicam docentem & utentem esse  
 iddem, & non differre nisi ut actus primus differt ab actu secũ-  
 do, quo stante arguit, logica utens per Scotum non est scientia,  
 ergo nec logica docēs, deducit cõsequentiã, nã logica docēs nõ è ali-  
 ud ab utente, nisi ipsamet docēs quæ proprio fine et opere utitur.

Responsio.

Auferatur obiectio hæc si Auerroica distictio in mediũ assumatur: p<sup>o</sup> Phisic. 35.  
 logica in artibus et scientijs duobus modis possimus uti, uno quòd  
 modo, ut è instrumentũ discernēs uerũ à falso, et iste è proprius, 2<sup>o</sup> Metaph. 2<sup>o</sup>.

eius usus, alio uerò modo secundum quod eam quæ declarata in logica accipiuntur pro maximis in construendo uel destruendo aliquid in alijs facultatibus, & hic quidem usus cum in particularibus facultatibus exercetur proprius non est, at in arte uniuersali, id est in prima philosophia cum sit cõmunissimi ambitus uelut logicæ propositiones erit proprius. Hoc declarato, dico cum Scotus inquit logicam utensilem non esse scientiam, nõ intelligit primum membrum Auerroicæ distinctionis, quia illa ex proprijs procedit, eademque (contracta tamen) est cum logica doctæ, sed utensilem logicam intelligit Scotus, rationem logicalem .i. cõfectam ex maxima logicali, & quòd hæc sit mens Scoti percurramus eius uerba, inquit enim, alio modo logica consideratur, in quatum utimur ea applicando eam (suple pro maximis) ad illa in quibus est usus (intellige in scientijs particularibus) & sic non est ex proprijs sed ex cõmunibus, nec sic est scientia, (declarat hoc per locum Aristotelis) sicut patet in naturalibus, ubi Aristotelis adducit rationes logicas quæ procedunt ex medio cõmuni (altera enim propositio logicalis est) & non faciunt scire propriè loquendo, ergo quod Scotus clarè per logicam utensilem non intelligit primum membrum distinctionis Auerroicæ, quia, sic qualibet ratio logica dicitur, siue procedat ex cõmunibus, siue ex proprijs, sed intelligit solum rationem habentem medium cõmune, quia in ea altera propositio est logicalis, hæc autem rationem, quæ logica utens dicitur eo quod continet maximam utensilem 2º modo, nec scientiam esse, nec scientiam parere optimè Scotus inquit, cum non ex proprijs sed ex cõmunibus procedat, Hieronymus autem arguens per æquiocationem peccat, arguit enim ex utensili primo modo, quam scientiam esse, nec ipse Scotus in Elenchis negauit: Sco

pº. Phis. 35.

Quæstio. pº.

us uerò



us uerò loquitur de utensili 2<sup>o</sup> mod. Ex quo Scoti. *Zantes collis* Notent Scotis  
 gant, quòd hoc fundamento 2<sup>a</sup> conclusio Scoti, quòd scilicet logi *Zantes.*  
 ei utensilis scientia non est, facillimè sustinetur, omnes enim Bal  
 duini obiectiones contra hanc secundam conclusionem nullius ro  
 boris sunt, cum eò tendant, quòd logica utensilis primo modo à  
 Scoto intelligatur: quòd minimè uerum esse, iam declarauimus.

Vndecima Balduini argumentatio.

Rursum instat uir iste, De ente imperfecto, diminuto, & per ac  
 ciens, cognitio est imperfecta, diminuta, & per accidens, ens ra  
 tionis subiectum in logica, est ens imperfectum, diminutum, &  
 per accidens, ergo cognitio de ente rationis, quæ logica dicitur, è  
 imperfecta, diminuta, & per accidens, maiore in eius gratiam cõ  
 probamus per Aristotelem primo de anima asserentè, scientiam  
 ex subiecto sumere nobilitatem, atque perfectionè, minor declar  
 ratur ab eo, per Aristotelem & quinto & sexto metaphi. asse  
 rentem, solum decem prædicamenta esse entia persè, reliqua  
 uerò per accidens.

p<sup>o</sup>.

14. 2.

Responsio.

Scientiam scientia nobiliorem atque perfectiorem dici duobus mo  
 dis ambigit nemo, uel enim dicitur perfectior quia de perfectiori  
 subiecto, quoquidem modo metaphisica ab Auerroë omnibus præ  
 ponitur, uel quia per perfectissimum instrumentum sit acquisi  
 ta, quoquidem modo scientia per demonstrationem quia, imperfec  
 ta ab eodem p<sup>o</sup> phisicorū uocatur, quia per instrumentum igno  
 bile & imperfectum, quod est demonstratio, quæ hæc autè oia aper  
 tissimo sermone p<sup>o</sup> posteriorum declarat Auerroës. quo stan  
 te, respondemus & concedimus minorem, ens rationis esse ens  
 imperfectum, diminutum, ens per accidens, non absolutè, ut de ente

p<sup>o</sup>. de aia p<sup>o</sup>.

p<sup>o</sup>.

178.

per accidens scientia ne sit haberi, sed per comparationem ad ens rea-  
 le, concedimus etiam maiorem, quod de tali ente cognitio est im-  
 perfecta, diminuta, & secundum quid ratione subiecti, concedi-  
 mus, etiam conclusionem, cognitionem quae de ente rationis habe-  
 tur, logicam nempe, esse scientiam in perfectam, diminutam, secun-  
 dum quid, & per accidens, si perfectio à subiecto desumpta con-  
 sideretur, & in hoc nemo unquam dubitavit, negamus tamen ob hoc  
 non esse scientiam simpliciter, perfectissimam, & nobilissimam,  
 considerando perfectionem ut ex instrumento quo acquiritur re-  
 sultat, quoquidem modo Scotus intelligebat, non enim quaerit an  
 logica sit scientia perfecta, ratione subiecti, sed an perfecta, id est  
 per perfectam demonstrationem acquisita, adeo quod nulla condi-  
 tio desideretur: Nec obstrepat quis quod cum imperfectissimo  
 ente perfectissimas demonstrationes conglutinamus, nam sim-  
 pliciter demonstrationes in Mathematicis & 1<sup>o</sup> phil. & 2<sup>o</sup>, pos-  
 teriorum concedit Auerroes, & tamen mathematica imper-  
 fectissima entia esse ipsemet testatur in paraphrasi super Libros  
 de repub. Platonis dum inquit, Neque uero fallere quemquam debet  
 eas ipsas scientias ante omnia à sapientibus disci debere exerci-  
 tationis atque assuefactionis causa, nam earum intelligibilia ut plu-  
 rimum non sunt intenta & proposita à natura, & ideo tractantur  
 in eis de infinito, tandem earum intelligibilia sunt omnino imper-  
 fecta, cum non in suis proprijs subiectis deprehendantur, sed  
 imaginatione quadam ac fictione concipiuntur.

Duodecima Balduini obiectio.

Quod per aliud tale (ut inquit) per accidens tale, sed logica est  
 per aliud, quia gratia aliarum scientiarum et artium, et non gratia sui ut  
 Etioe p<sup>a</sup>. supra fuit probatum, ergo non per se, sed per accidens scientia est.

Responſio.

Concedimus logicam ſcientiam ſpeculatiuā, ſcientiam eſſe per accidens, in hoc ſenſu quia non gratia ſui, ſed alterius, Hoc enim non queritur, negamus autem logicam eſſe ſcientiam per accidens, ideſt per medium accidentale, et nō demonstratiuū acquiſitā;

Decima tertia Balduini argumentatio.

Quia aliquis ſuſpicari poſſet logicam ſcientiam eſſe, & ſi non per demonstrationem, ſaltem per definitionem, ideo arguit probādo in logica ueras definitiones non dari tali pacto, ſcilicet ſubſtantiæ ē uera definitio, etiā ratiōis ſubſtantiæ nō ſunt, entiuū itaq; ratiōis nō ē uera definitio, minor nota ē, maior probatur, per Auerroē & Ariſto. 2<sup>o</sup>, 4<sup>o</sup>, & ſeptimo metaphiſices, hoc aſſerētes.

13. 17. 19.

Reſponſio.

Ariſtotele a eſt diſtinctio quōd definitio duobus modis exiſtit; quorum unus eſt primō & ſimpliciter qui ſolum ſubſtantiarum eſt, alter uerō non p<sup>o</sup> & ſimpliciter, ſed conueniens rei nature cuius eſt definitio, qua ſtante, negamus maiorem, ad autoritates, dicimus, quōd ſolum loquūtur de definitione primo modo, quam nec entibus ratiōis, nec accidentibus realibus competere concedimus, tamen ſecundæ meſuræ definitio ſufficiens medium ad demonstrationem ſimpliciter, per præſatam obiectionem ab accidentibus & entibus ratiōis haud quāq; excluditur, Quōd uerō hæc ſecūdi gradus definitio, & perfectam pariat ſciētā & mediū in demōe ſimpliciter eſſe poſſit inde coligimus, quōd in mathematicis facultatibus quarū ſubiectum ē imperfectiſſimū demonstrationes ſimpliciter fieri (uiſupra declarauimus) cōcedit Auerroes, in quibus mediū cauſam quæ definitio ē apponi debere, lucidifimus Themistiſius 2<sup>o</sup> poſt ſcriptum reliquit.

7<sup>o</sup> Mataph. 15.

Cap. 30.

Decima quarta Balduini obiectio.

Definitio est solum existentium extra animam; sed entia rationis extra animam non existunt, entium rationis itaq; non est definitio, minor nota, maioré probat triplici autoritate, p<sup>a</sup> est Auerrois in p<sup>o</sup> de anima, 2<sup>a</sup> eiusdem in 7<sup>o</sup> quæ sito posteriorislico, 3<sup>a</sup> etiam eiusdem p<sup>o</sup> posteriorum hoc clarissimè explicantis.

Responsio.

Huius rationis maiorem omnino falsissimam esse putamus, ut uerò autoritates in eius corroboracionem aduclæ intelligantur, dico, maximam inter peripateticos quæstionem esse, quorum nã sit definitio, singularium existentium, an uniuersalium ab opere intellectus dependentium, in hoc enim peripateticorum expositorum principes maxime defudarum, Alexander enim in primo naturalium quæstionum, singularium an uniuersalium sit definitio ex intento inquiri, Arabs etiam Auerroes peculiari quæ sito, num solius uniuersalis sit definitio inuestigat, plures sunt autoritates utranq; partem corroborantes, inter alias autem quæ asserentibus definitionē singulariū esse fauet, est adducta Auerrois in p<sup>o</sup> de anima autoritas asserentis, definitiones nō esse uniuersalium in intellectu existentium, sed singularium, quæ singularia realia extra animam existunt, non autem aut Auerroes solum definitionem esse eorum quæ sunt extra animam, quia non entium rationis, quæ sunt in aīa, sed singularium existentium extra animam, si realia sint, & non uniuersalium in mente existētium, at si intentionalia fuerit, cū utrūq; esse habeant ī mente, sic necessariò definiuntur, sed quomodo hic singulariū definitiozem esse dicat, cum p<sup>o</sup> posteriorum dixerit oppositum, præsentis indiginis non est Ad secundam autoritatem dico, Auerroem eo

in qua fito hoc non dixisse, puto tamen uirum istum ex quibusdam  
 Auerroicis uerbis illud colligere, inquit enim Auerroes loquens  
 de de definitionibus relatiuorum, quod tales rationes non largi-  
 untur maiorem notitiam de definito, q̄ largiatur ipsum nomen.  
 Huius diuili causam forsā arbitratur esse, quia cum relatiua mi-  
 nimam habeant entitatem, & sint quasi in mente, ideo non uerā  
 definitionem, sed quasi quid nominis explicantem habebunt, sed  
 hoc non uult dicere Auerroes, non enim parua entitas simplici-  
 ter definitionum perfectioni derogat, sed parua entitas relatiuo-  
 rum, ut iam iam notum fiet: Ad tertiam autoritatem responde-  
 mus, sed ut responsio clarè percipiatur, reminiscendum est corū  
 quæ supra diximus, quod Arist. dicebat duo tantum esse signifi-  
 cata perse, instabat Auerroes, de relatiuis, quæ per se in correla-  
 tiuorum definitionibus ponuntur, & tamen neutro modo, Dixi-  
 mus, quod dupliciter respondebat fiduciariè, & per instantiam  
 fiduciaria responsio quia fauebat obiectioni secundæ ibi à nobis  
 declarata fuit, iam uerò responsio per instantiam est declaran-  
 da, quia super hac ratio fundatur, Respondet itaq; Auerroes  
 obiectioni, negando assumptum, quod scilicet unum correlatiuo-  
 rum ponatur per se in definitione alterius, causā, quia definitio-  
 nes relatiuorum habentium esse quasi in mente non sunt perse  
 etæ definitiones, & ideo responsio est, ac si non haberent defi-  
 nitiones, Hæc quidem uerba non possunt glosari eo modo, quo ea  
 quæ primo de anima dicebat glosabantur, non enim hic inquit, sin-  
 gularium esse definitionem & non uniuersalium, sed ideo relati-  
 uia non definiuntur quia habent esse diminutum quasi in mente,  
 nec etiam glosari possunt, quomodo solius substantiæ definitionē  
 esse dicebamus, Nam diceret aduersarius contra Aristotelem

est quod relatiua non habeant definitionem in primo gradu, habebunt tamen in 2<sup>o</sup> sicut accidentia, quæ quidem definitio cum in demonstratione simpliciter medium esse possit, non debebat ab Aristotele omitti, illud enim eo in loco inquitur: Quid itaque dicemus? an autoritas hæc sic male intellecta, nos obtutescere faciet? nõ profecto, sed ueritas ipsa manifestetur, dico igitur quod Auerroes negat uera relatiua habere ueram definitionem, non quia paruam entitatem habent simpliciter, sed quia habent paruam entitatem respectiuam, unde dico quod parua entitas non derogat perfectioni definitionis, ut ex instrumento perfectio sumitur, sed parua entitas respectiua relatiuorum, quod autem hoc uelit Auerroes, eius uerba examinantes intelligemus, inquit ergo intentionem Aristotelis esse assignare regulas quarum usus est in rebus quarum sunt ueræ definitiones, sed dicit quis, quæ sunt hæc res? respondet compositæ, sed obijciat quis nomine in septima disputatione docuisti, quod compositio requisita ad ueram definitionem non est compositio ex materia & forma, sed ex genere & differentia, cumque hæc compositio in relatiuis reperatur, est enim unum ex decem generibus, ubi post generalissimum, quod libet hac compositione compositum erit, igitur ueram definitionem habere possunt, & sic responsio nulla. Respondet ipse quod non sufficit sola compositio, sed requiritur aliquid, quod res compositæ habeant esse perfectum, absolute, declarat se dicens in simplicibus uerò res, & sic excludit generalissima & differentias, & quæ sunt imperfectæ secundum esse, hoc est quarum esse est quasi in mente prout sunt relatiua, non habent ueras definitiones, ubi aduertendum quod dictio illa in prout non accipitur exemplariter sed specificatiue, uidebat enim Auerroes res imperfecti esse,

n principio.

quasdam esse absolutas, quasdam uero relatiuas, i. scilicet dixit, quæ sunt imperfectæ, non omnes, sed solum prout sunt relatiuæ non habent ueram definitionem, a. d. e. quod imperfectum esse simpliciter non destruit definitionem, sed imperfectum esse respectiuum, & ne quis putet hoc nostrum esse figmentum, audiatur Auerros em eorum quæ dixerat rationem reddentem, nam quæret quis, cur res imperfectæ prout sunt relatiuæ non habent ueram definitionem? respondet, nam si ita esset, explicatio illarum esset reciproca, en itaq; quod rationem suam fundat Auerros nõ super paruam entitatem simpliciter, sed super paruam entitatem respectiuam, quæ inter relatiua reperitur, cum itaq; entia rationis, & si imperfectam habeant entitatem, cum non habeant ( & si non omnia aliquid saltem) esse relatiuum inter se, nil obstat, quæ uera de definitione definiiri possint, quod etiam Alexander p<sup>o</sup> Topic. confirmat, nam cum ibi uera de finitio de finiat, (descriptionem enim sub proprium reduci inquit Auerros ibidem) ac uelit, de finitionis de finitionem sub de finitione ibi de finita contineri, nulli dubium quod illa uerissima erit de finitio.

Decima quinta & ultima Balduini obiectio.

Arguit demum contra Scotum asserentem rationem ab Aristot. p<sup>o</sup> prio. scilicet esse demonstratiuam, ut autem rationem erigat præsupponit unum, quod esse in modo, esse in figura, esse ex duabus. propositionibus, & ex tribus terminis est de essentia syllogismi, quod dicit esse Auerros p<sup>o</sup> priorum et in epitoma logicæ capite de definitione syllogismi, probat etiam ratione, id est de essentia alicuius, sine quo res nec est, nec eius de finitio, sed sine his syllogismus nec est, nec eius de finitio, igitur, minor nota, maiorem 7<sup>o</sup> metaphis. haberi asserit. Hoc stante quærit

Nota.

4.

28.

Cap. p<sup>o</sup>

134.

dum hæc demonstrantur de syllogismo per eius definitionem, aut ponuntur in definitione syllogismi, aut non? Si non, ergo definitio imperfecta, & sic non erit principium demonstrationis, si sic, ergo iddem per iddem, & sic peteretur principium formaliter, quod nedum demonstrationem, sed etiam syllogismum destruit.

Responsio.

Admisso pro nunc antecedente, Dico quoddam aliud est syllogismum esse in modo, & in figura, aliud uero syllogismorum figuras non esse nisi tres, & modos tot esse quot in tribus figuris sunt declarati, non autem plures uel pauciores: dum uero quaerit, an esse in modo & in figura ponatur in definitione, qua fit illa demonstratio? dicatur quod sic, (non quod ita sit uel non) sed ut eius obiectionem friuolam esse ostendamus, quando ipse infert, ergo iddem per iddem, negetur consequentia, nam Aristot. non demonstrat, syllogismum esse in modo uel in figura, ut ipse putat, in modo ex hoc demonstrat figuram. i. numerum figurarum esse ternarium, demonstrat etiam & ex consequenti, modum. i. numerum modorum, nam cum clarum sit, non esse nisi tres figuras, manifestum ex annexo etiam erit, quod non dantur plures modi quam hi qui in tribus figuris declarati fuerunt. Rursus dum quaerit an habere tres terminos ac duas propositiones, ponatur in definitione syllogismi per quam huiusmodi passiones demonstramus de syllogismo? Respondeo quod non, dum uero ait, ergo definitio imperfecta, quæ medium in demonstratione esse nequit, Dico sententiam Auerrois esse in eo quaesito quod de conditionibus ad demonstrationem necessariis requisitis inscribitur, quod materia per formam uel finem demonstrare licet, à qua etiam sententia 2<sup>o</sup> post. haud quaquam haberrere uidetur: Totum uero perfectam definitionem



1

de finionē necessariō mediū. apponi ī demonstratiōne, ut Hierony  
mus opinabatur, omnino falsum esse iudicamus, cū ad materiam  
demonstrandā: quæ & si passio nō sit, tñ ut demonstratur passio  
nis uicē gerit) sola forma, uel finis sit sufficiens, ut ex Auerroe iā  
est declaratū. Cū itaq; syllogismi de finitionē, tres termini, duæq;  
propositiones, uelut materia ingrediantur (alterū uerō sequit̃ ut p<sup>o</sup> prio. indefin  
forma, si Philopono fides est adhibēda, uel sicut finis, si quorū tione syllogif.  
dā latinorū expositionē sequi uelimus, Aristot. demonstrādo per Tiberius baZa  
tem materialē. i. habere tres terminos & duas propositiones, per lerius, & Rus  
finē uel formā, id est per alterū sequi, perfecte demonstrat. Sed pertus Angli  
obijciat quis si ibi Aristoteles demonstraret, per ignota procede cus qui falsō  
ret, cū nō dū demonstratiōnis regulæ sint declarata. 2<sup>o</sup> si Aristot. AEgidiu existi  
teles eo in loco de syllogismo in cōmuni hāc regulā demonstraret, matur p<sup>o</sup> prio.  
q; debet habere tres terminos & duas propositiones, per unam dū locū illū ex  
singularem demonstratiōnē, quæritur, illā particularis demonstra ponunt.  
tio, aut demonstrat de semet quōd debet habere tres terminos et  
duas propositiones, aut nō, si 2<sup>m</sup>, ergo per aliā & sic deinceps  
in infinitū, si primū, ergo ipsa erit demonstrās, & demonstrata,  
demonstrat enim de se met q; duas propositiones, et tres terminos  
habere debet. Ad primū, Quæro, dū dicitur q; per ignota proce  
deret, quomō intelligitur, per ignota sibi, aut addiscēti, si dicitur,  
per ignota sibi, dicā nō esse uerū, nam Arist. & si logicam per  
doctrinā nō habuerit, tamen dū suā scribebat, logicā per inuēti  
ōnē acq̃sitā habebat, habēs. n. logicā naturalē, bonū ingeniū, & cō  
tinuē se exercēs, logicales regulas ēt demonstratiuas inuenit, quis  
bus inuētis easdē super semet ipsas retrocedēdo applicauit, &  
sic logicā per inuētiōnē per suasmet regulas regulauit, quā pos  
tea docēdo, per ignota nō processit, cū ea sibi per inuētiōnē prius

nota fuisset, unde deridendi sunt hi, q<sup>u</sup> arbitratur quoddam si logica es-  
 set per logicam assignata, oporteret in finitum pertransiri, nam haec, quae  
 est per doctrinam, per ueram & scientificam demonstrationem per inuentionem  
 non acquiritur, illa autem quae per inuentionem, non per aliam praecedentem,  
 sed per naturalem, bonum ingenium, ac continuum exercitium ad inuenta  
 fuit, quae sic inuenta per retrocessionem super suas regulas applicata  
 fuit, & sic est ea quae est per inuentionem demonstratiue quoquo mo-  
 do fuit acquisita, absque hoc quod in finitum pertranscatur. Si uero dice-  
 tur quod per ignota addiscenti procedatur, Dicuntur quod ex Ammonio  
 responsio facile colligi potest. Dubitat nepe, si moralis facultas est  
 per regulas logicas acquisita, quomodo poterit ante logicam acquiri?  
 Respondet (et si responsione discipulus intelligere uoluit, quod primo ag-  
 gressu, moralis facultas est per demonstrationem tradita non scien-  
 tificam, sed rudi modo acquiratur: deinde uero dum quae logica fuerit edo-  
 ctus retrocedendo eadem facultate demonstratiue percipiet. Sic est di-  
 camus & nos, esto quod Aristoteles ibi utatur regulis demonstratiuis  
 non dum declaratis, et ideo addiscenti ignotis, hoc tamen nil refert, nam ad-  
 discens primo aggressu regulam illam rudem quod modo addiscet, deinde uero  
 demonstrationis regulas edoctus retrocedendo eadem demonstratiue  
 cognoscet, Aristoteles nepe in antepraedicamentis (si Ammonio creditur)  
 syllogismum in 2<sup>a</sup> figura constituit, et tamen ad graecorum mentem syllogis-  
 mi regulae eodem libro cognitae non sunt. Ex quibus aliud est liquet,  
 quod Aristoteles dicitur 2<sup>o</sup> metaphisicorum falsificamus, assertis impossibile  
 esse acquirere scientiam et modum sciendi, nam ut omnimoda sua intentio-  
 nem esse ponere regulam, quod instrumentum sciendi in logica non possit ac-  
 quiri simul cum scientia reali) & si in logica doceatur instrumentum,  
 & scientiam, non tamen simul habeatur instrumentum, et scientia, quae primo  
 aggressu acquiratur instrumentum, 2<sup>o</sup> uero ipsa scientia. Ad 2<sup>m</sup> ex

In praefatione  
 praedicament.

Simplicius ibidem

Cap. ultimo.

15.

Vide superius  
 solutionem sepe  
 unam.

Alexan. faciliter sumitur euasio, Dubitat nepe, de finitio singu-  
 laris qua mediare definitio i coi p<sup>o</sup> Top. definitur, aut continetur, Cap. 4.  
 sub illa aut no, si no, ergo per alia precedentem definitur, & sic  
 i finitu, si sic, ergo idde definiens et definitu. Respōdet affir-  
 matiue, ad obiectionem dicitur, quod no i conuenit idde ee definiens  
 per se, & definitu per accidens, na illa definitio per se definit  
 definitionem i comuni, per accidens aut iuxta Arisli. quolibet sub  
 ea i coi contenta, sed illa una e ex his qua sub ea continentur, ergo  
 per accidens semet definit, A pari dico hic, q particularis demo-  
 stratio per se demonstrat regulam illam de syllogismo i comuni, per  
 accidens aut de qualibet singulari syllogismo, cu itaq; demonstra-  
 tio illa unus singularis syllogis. sit, & si per se demonstrat regu-  
 lam de syllogis. i coi per accidens tñ eade de semet ipsa demonstra-  
 bit, hoc. n. no i conuenit, i conueniret aut si demonstraretur eo modo  
 quo demonstrat. Ex hoc et alia uulgata obiectione diluitur, i quibus  
 enim si de demonstratione aliqua fieret demonstratio, ergo iddem  
 esset demonstrans et id de quo fit demonstratio. Respōdeatur eode  
 modo, q demonstratio illa per se aliqd de demonstratione i coi de-  
 monstrat, per accidens aut de semet, quod no est absurdum. Nec hoc  
 uideatur adeo mirum, Na etia pueruli hoc sciut, prima. n. gram-  
 maticalis regula, qua de constructione addiscut est haec, uerba actiua  
 regunt nominatiuum agentem, qua acti uoru constructionem i co-  
 muni regulat per se, sed cu haec sit una particularis: acti uoru co-  
 nstructione, nulli dubium quod per accidens se ipsam regulabit.  
 Et sic cu auxilio Aristi. absolvitur iste libellus, quo no Sco. opinio-  
 nem demonstrata, sed Bal. obiectiones solutas esse contenditur, q si aliq-  
 bus haec nostrae solutiones no satis faciat, hi no i angulis coram pueri-  
 lis blaterizet, sed me alloquantur uel i oppositu scribat, na me ad  
 mea defendendu du uiua paratu semper habebunt Explicit.

p<sup>o</sup> post. 37.

FRANCISCVS STORELLA

Domino Vergilio Riccaro Sanseuerino Art. & Med. Doctori celeberrimo. S. P. D.



I quæ in me effusa sunt Vergili Doctissimi me, alicuius, uel minimi p̄deris fuissent, (cum ea ad te non manifesta uerim) nulli dubium quòd amicitia legi derogassem, sed cum ea silentio inuolucrim, quæ nec à me, nec ad te scribi digna iudicarem, haud est quòd doleas, uel admireris, Ne tamen tuæ petitioni me parere nolle suspiceris, obsequar, remq; totam breuibus perstringam. Cum quæsdam meas adnotatiunculas in digressionem undecimi cõmenti Auerrois in primo posteriorũ, colligere, à quibusdam meis auditoribus; cuiusdam Doctoris fragmenta quædam in eandem allata fuere, quem cum Auerrois mentem haudquaquam habere animaduertere, in eum persepe digredior, præcipue tamen dum quæ fuerit Auicennæ mens de medio demonstrationis simpliciter inquiri, Asserebat enim ille (quem iuniorum doctissimum & merito uocare soleo) quòd propriam passionem in simplici demonstratione medium Auicenna ponebat, conuenientissimum obsto, idq; ad aures Auicennæ suspirari non posse declaro: Sed ridiculum audi, eni à latere quidam insurgit, sufficiens se illũ doctissimũ esse, quẽ reprobando, ait; se opusculũ quoddam composuisse, in eoq; dixisse, mediũ ad mentẽ Auicennæ esse, causam inessendi maius extremum minori, non autẽ essendi suapte natura, subditq; ex his uerbis me collegisse suam opinionem esse, quòd Auicenna mediũ in demonstratione simpliciter propriam

passim posuerit, se. l. falso cū hoc nec in te sequatur, nec ipse co-  
 gnauerit unq̄: ad hocq; ostendendum multis nugatur: Sed quis  
 hæc audiendo quā um uis modestus risum continebit? Quis hæc  
 ab eo sciscitabatur? Quot quot certè Neapoli adsunt, qui liberar-  
 libus artibus operam nauant, quem intelligo sciunt, cum proprijs  
 auribus Doctorem illum præfatam opinionem susinentem plu-  
 ries auerint, non pauciq; scriptam cōseruēt: Sed trāseat istud,  
 ad aliud accedam, Dubitat Doctor ille, quomodo Auerroes dis-  
 cat, si corpus inesse homini probatur per animal, quòd per caus-  
 sam accidentalem probabitur, cum animal insit homini per se pri-  
 mo modo? Respondet, quòd animal accidentalis causa hic uocatur,  
 hōi siquidem per accidens inest, ut distinguitur contra primum,  
 & si per se, ut ab eo quòd ē per accidens secernitur: In isto, nam  
 si corpus probabitur inesse hōi, per rationale, rationale causa acci-  
 dentalis dicitur, & tamen hōi nō inerit per accidens ut distin-  
 guitur contra primum: insurgit iterum iste asserens se hanc dis-  
 tinctionem in suo opusculo assignasse, ideoq; eam defendere uel-  
 le, sed quæ defensio fit (postq; hæc me scribere cogis) auscultat:  
 inquit, neminem dubitare, quòd corpus inest hōi per rationale. tā-  
 q; per causam accidentalem, idq; contra se non esse, quinimo  
 asserit in eā nos cecidisse, quibus contradicimus, nam & si causa  
 ob quā genus probatur speciei inesse, p<sup>o</sup> insit speciei, tamen caus-  
 sa accidentalis erit, genusq; speciei nō p<sup>o</sup> inerit, quid ipse dixit:  
 Hæc & alia quædam absq; proposito euomit, Dum enim me  
 rebus notis contradicere asserit, quæ à nobis dicta sunt nō intelli-  
 git, Diximus enim animal non ideo accidentale causam ab Auer-  
 roe hoc in loco uocari (ut doctor ille dicebat) quia homini per ac-  
 cidens ut extra primū distinguitur inest. Nā cum per Auerroem

si corpus de homine per rationale probetur, rationale etiam sit  
causa accidentalis, iuxta illius responsionem rationale hōi per ac  
cidens id est non primò inicit, quod est absurdum, non autem ne  
gauimus speciei accidentaliter nō inesse, aut rationale & si ho  
mini primo insit, causam tamen accidentalem esse, si per illud  
corpus inesse homini demonstretur. Sed aduersus illius responsio  
nem obieciamus, qui per eum sequeretur, quòd rationale homi  
ni primò non insit: Iste autem putans hæc à nobis in ipsum dirigi,  
eò deuenit, quòd nostra non intelligat, ideoq; absq; proposito  
obloquatur: Demum cum Auicennæ opinionem explicuissem,  
etiāq; duplicem demonstrationis simpliciter speciem posuisse de  
clararem, Corclariè & nō ex intento aduersus istum concludo,  
quòd malè dixerit, Auicennam unā solum speciem demonstratio  
nis simpliciter posuisse. (Doctorem enim illum doctissimum me  
hic non intelligere, ex uerborum differentia quibus hic utor, qui  
busq; paulò superius usus fuerā, facile quiuis colligere potest)  
sed obstrepit iste, nam si duas species Auicenna posuisset, Auer  
roes eius opinionem ex intento examinans unam explicans tan  
tūm esset diminutus. Velut ego utranq; in undecimo commento  
Auerroem examinare, non declarassem? Quòd si aliter uerba  
illa ab isto exponātur, ad hoc ut sua ratio robur haberet, meam  
expositionem infringere debebat, Nam dum mea expositio, per  
quam ex Auerrois monumentis utranq; speciem elicio, incōcussa  
manet, nulli dubium rationem ab eo factam ridiculam esse. Rur  
sus quia ad nostram opinionem fulciendam autoritatem Auer  
rois adducebamus in quæ sito 2<sup>o</sup> nobis expressissimè fauentis,  
Respondet ipse, & si Auerroes dicat Auicennam posuisse duas  
species demonstrationis simpliciter, hoc tamen non est contra

se, ait enim se non negasse Auicennam plures demonstrationis  
 simpliciter species posuisse, reperiri apud Auerroem, sed inquit  
 se dixisse apud Auerroem non reperiri nisi unam speciem de  
 monstracionis simpliciter ipsius Auicennæ, quam semper Auerroes  
 redarguit, Modo esto quòd Auerroes dixisset Auicennam  
 posuisse decem species demonstracionis, cum tamen ab Auerroe  
 non habeatur nisi una, ideo inquit contra se non esse. Non am-  
 plius profectò recordatur eorum quæ supra in nos obiiciebat, si  
 enim inconueniens erat apud ipsum, Auicennam plures species  
 posuisse, eo quòd unam tantum declarat Auerroes dum ex inten-  
 to loquitur, secus enim esset diminutus, quomodo itaq; nunc cons-  
 cedit Auicennam plures posuisse, & ex illis Auerroem unam  
 tantum declarasse, utq; improbasse, de altera uerò ne uerbū quis  
 dem fecisse? Vterius fingit iste, me aduersus eum duabus alijs  
 autoritatibus arguere, scilicet ex còmento undecimo ac tertio  
 quæsito: Respondetq; Auerroem in undecimo, à se alio modo ex-  
 poni, ideoq; contra ipsum non esse, in quæsito uerò 3<sup>o</sup> pluribus  
 ostendit Auerroem de Auicennæ opinione haudquaquã loquutū,  
 Sed negatur profectò, in eum enim unicum tantum fundamen-  
 tum nos aduxisse noster libellus clarè testatur, uerba scilicet  
 Auerrois ex quæsito 2<sup>o</sup> quibus inquit duplicem speciem posuisse Au-  
 icennam, ac ne Auerroes sit diminutus utraq; ex eius monu-  
 mentis elicere sum conatus, primam ex illo quæsito & com-  
 mento undecimo, secundam uerò ex penultimis uerbis digressi-  
 onis eiusdem commenti, ex quo loco non rationem contra  
 ipsum formauimus, ut ex nostro libello liquet, sed secundam tan-  
 tū specie in secundo quæsito derelictā manifestauimus, esto autē

quòd ipse secus exponat, tñ cū nostra expositio Auerr. si bi cōsen-  
taneū faciat, ac nullo modo diminutū, quòd ipse iuxta suam face-  
re nequit nulli dubiū, quòd nostra multò præstantior erit, & q̄  
hæc 2<sup>a</sup> species mediū cōtinet causam maioris, ac ab eodē causatū,  
de taliq; demonstratione cōfecta ex medio causā maioris ab eos  
dēq; causato, loquitur Auerro. ( & si ad aliud propositum ) in 3<sup>o</sup>  
quæ sito, ibiq; declarat qñ hæc fieri possit: Nos uolentes illud idē  
dē. i. huius possibilitatē declarare, ad Auerroē eo in loco cōfugis-  
mus, ab eor; selū quomodo hāc posse fieri sit possibile accepimus,  
Nō aut̄ ibi de Auicēnæ opinione ex intento Auerroē loq̄ diximus  
unq̄, ut falsò iste nobis adscribit. Hæc ea sunt charissime frater  
quæ ideo in me scripta esse iste cōfiteatur, ut ī postcrū inuidia fu-  
premo sine dometur, An uerò quæ primò scripsit inuidia, uel  
pottus misericordia sint digna, iudicent alij, quæ uerò nūc in me  
effusit an inuidiam domarint, uel potius adrisum prouocauerit  
facilè iudicabis. Vale & me, ut amaris, ama.

Nicolai Maraschij Gallianēsis Autoris discipuli ἑξαείσιχον.  
Τέτρατος ἀγαθῆς σοφίας κλάδος ἦν δὲ ῥύζιον,  
φύσιν θνητοῖς, ἀθανάτοῖς τε, λόγῳ  
Σταρέλλα φράζω, δ' ὁ πόλον κατέβη ῥά μακάρων,  
τῷ δ' ἔποντ' αἰμοῖραι, τῶν δὲ σοφῶν κρατεῖ,  
τὰς δ' ὀμφράζα, σβίννισι γὰρ χρόνος ἄπαντ' ἀμάβαν,  
ἰ παρ' ὄν ὄν σοφίαν, ἀλλ' ἀπαντὲν κατέχευα.

Vistorij Tarentini δέσειχον.

Σταρέλλας σοφίης μεγάλης πῶς κτίσατο δόξην  
ἔμαθιν ἐπέλας φροντῆδι καὶ μελίτη.

Τίλος.